IN tanto cumulo beneficioꝝ non cuſtodierunt iudei teſtamentum domini/ et in lege eius noluerunt ābulare et obliti ſunt beneficioꝝ eius et mirabiliū eius que oſtendit eis· Temptauerunt quidē deum excelſum/ variiſq̃ peccatis maieſtatē eius offendere· Idcirco in hoc ſecūdo capitulo de offenſionibus iudeoꝝ in deſerto dicemus/ quas reducemus ad ſeptem·

Prima dicitur murmuracionis· ¶ Secunda inobediencie·
Tercia ingratitudinis· Quarta idolatrie· ¶ Quinta gule·
Sexta deſperacionis· ¶ Septima fornicacionis·

¶ De ſeptem peccatis populi/ et primo qualiter murmurauerūt iudei contra deum et moyſen·

PRima offenſio et peccatum iudeoꝝ in deſerto dicit̄ murmuracionis· Nam contra moyſen murmurauerūt quando venerunt ad flumen marach· vt dicit̄· exo·xv· Item quādo dicebāt Vtinam mortui eſſemus ꝑ manus domini in terra egypti·i·per plagam ab eo imiſſam/ cum primogenitis egypcioꝝ/ quando ſedebamꝰ ſuꝑ ollas carniū/ et comedebamus panem in ſaturitate Cur eduxiſti nos in deſertū iſtud/ vt occideres omnē hanc multitudinē fame exo·xvi·c· et quando venerunt in rafidim vbi non erat aqua/ iurgati ſunt moyſen/ quibus ipſe dixit· Quid iurgamini contra me/ et temptatis dominū·exo·xvii·c· Sed hic poſſet aliquis querere/ quare deꝰ eduxit eos per talem viam/ vt paterent̄ defectum cibi et potus· Et reſpondet Nico· de lyra ꝙ hoc fuit vt ex frequenti neceſſitate oporteret eos recurrere ad dominū/ et ſic ſub timore domini retinerent̄/ ꝑ hoc eciā bonorum paciencia/ et maloꝝ impaciencia declararet̄·

¶ De inobediencia populi·

SEcunda offenſio fuit inobediencia/ q̃ multi collegerunt plus de manna/ ꝙ fuerat ordinatū/ et reſeruauerunt in diem alterum· vt dicit̄ exo·xvi·capitulo·

De ingratitudine populi·

TErcia offenſio ingratitudo appellat̄· In tot nanq̃ beneficiis male locuti ſunt de deo· Dicit̄ nanq̃ numeri·xiiii·ꝙ volue‐

runt ſibi p̄ficere ducem vt reduceret eos in egyptū· Quare dicit deꝰ
moyſi ·vſquequo detrahit michi populus iſte quouſqꝫ non credent
michi/in oībus ſignis que feci corā eis·et infra cōminatus eſt dicēs
Nullus eoꝝ qui viderūt ſigna que feci in egypto numerati ſcꝫ a vi-
ginti annis et ſupra/videbit terrā ꝓ qua iuraui patribus eoꝝ preter
caleph et ioſue· ¶De ydolatria populi·

Quarta offenſio ydolatria fuit/vt eñ ſcribit exo·xxxii·Vidēs
populꝰ ꝙ moyſes morā faceret/dum eſſet in mōte cum dño
dixit ad aaron·Fac nobis deos·Rabiſalomon dicit ꝙ iſti fue
runt egypcii ꝯuerſi ad iudaiſmū/qui aſcenderūt cum iudeis de egyp-
to et iſti qui erant nutriti in ydolatria/incitauerunt magnā ꝑtem de
filiis iſrahel ſubiungebāt·Moyſi eñ ignoramus q̄d acciderit·ſcd̄m
ioſephū et mgr̄m in hyſto·Alii dicebāt eum a beſtiis comeſtū·Alii
a dño tranſlatū·Alii ſane mentis cum dño phantem/vt vero ſequit̄
in hyſto·aaron et vr reſtiterunt·Sed indignatus populꝰ/ſpuens in
faciē vr/ſputis vt tradit̄ ſuffocauit·Vnde timens aaron ait·Tollite
inaures vxoꝝ et liberoꝝ et afferte ad me·dicit mgr̄ in hyſto·ꝙ hoc
erat q̄d p̄cioſius et cariꝰ habeant/putans ꝙ cōſulentes auaricie ſue
nollēt afferre/fecit tñ populus q̄d dixerat/auidꝰ ad ydolatrandū/for-
mauit itaqꝫ ope fuſorio vitulū conflatilē qui in egypto bouē adora-
uerunt nanqꝫ vt dicit mgr̄ in hyſto·in principio exo·in·c·de ſubmer
ſione puuloꝝ·Erat apis deꝰ egypcioꝝ vt plinius dicit/qui et teſtat̄
ſe eū vidiſſe/quidā taurus qui eximprouiſo egrediebat̄ de flumine/
habēs in humero dextro ſignū candidū inſtar lune corniculate/atqꝫ
cum ſtatim ꝯfluerent egypcii omni genere muſicoꝝ pſallentes leua
batur in aera/et ſup eos tanq̄ pſallens ferebat̄ et ad motū vel ſtacō
nem ipſius in terra mouebant̄ et ſtabant et eodē die euaneſcebant·
Que omnia demonū artificio cōplebant̄·vt docet aug·li·xviii·de ci·
dei·c·v·Formato itaqꝫ vitulo/dixit ꝑpl̄s·Hi ſunt dii tui iſrahel/qui
te eduxerūt de terra egypti·fecitqꝫ aaron altare corā eo/et in craſtinū
indixit ſollennitatē/maneqꝫ ſurgētes obtulerūt hoſtias/ſeditqꝫ popu
lus mādūcare et bibere·et ſurrexerūt ludere·i·adorare·Hic querit̄
quare aaron edificauit altare·Et dicit Nico·de lyra ſcd̄m rabiſalo
monem ꝙ ad retardandā imolacionē/qꝛ aut ſtatim populꝰ imolaſſꝫ
ſine altare aut in momēto altare ꝯſtruxiſſet·Ideo ſubdit aaron·Cras
ſollēnitas dñi eſt non dixit hodie·Si forte interim veniret moyſes/et
īpediret·Tunc dixit dñs ad moyſen·Deſcende peccauit populꝰ tuꝰ
q̄ſi dicat non meus ꝓpter ydolatriā·vel ex eo qꝛ erat moyſes illi ꝓpl̄o
manſuetꝰ vt ptꝫ·xlv·di·c·Diſciplina·et·xxiii·q·iiii·c·Quid crudele·
Subiūxit deus·Cerno ꝙ populꝰ iſte dure ceruicis ſit·dimitte me vt
iraſcat̄ furor meꝰ·Dixit moyſes·Queſo dñe quieſcat ira tua·et eſto
placabilis ſup nequicia populi tui·ne dicant egypcii·Callide eduxit
eos vt interficeret in montibꝫ q̄ſi impotens dare terrā quā ꝓmiſerat
Recordare habraam/q̄ſi dicat/ſi populꝰ iſte meruit mori ꝑ incendiū

ecce habraam pater eoꝝ ꝓpter amorem tuū piectus fuit in ignē cal-
deorum. Sequit̄ tertius yſaac/ac ſi dicat ſi populus meret̄ mori ꝑ gla
dium. ecce yſaac paratus fuit ꝑ te imolari/et addit̄. et iacob. ideſt ſi me
ruerit puniri populꝰ exilio/ecce iſrahel tanq̄ exul fugit in meſopo-
tamiam/obiciens patri ſuo et tibi/quibus iuraſti ꝑ temetipm̄/qui es
immutabilis/ de danda terra chananeoꝝ ſemini eoꝝ/ placatuſq; eſt
dominꝰ et moyſes deſcendit.

¶ Quinta offenſio fuit gula/quādo ardenter dicebāt. vt ponit̄ nūeri
xi. ca. Recordamur piſciū/quos comedebamꝰ in egypto gratis ideſt
pro paruo ꝑcio/in mentem nobis veniūt cucumeres/pepones/ porri
cepe/et allia.

¶ Sexta offenſio fuit deſpacio/quando vt ponit̄ numeri. xiiii. Omīs
turba fleuit dicens. Vtinam mortui eſſemus in egypto et nō in hac
vaſta ſolitudine.

¶ Septima offenſio fuit fornicacio ſcribit̄ nanq; numeri. xxv. ꝙ for
nicatus eſt populꝰ cum filiabus moab/ q̄ vocauere eos ad ſacrificia
ſua. Dicit hic nico. de lyra. ꝙ balaam ſciens filios iſrahel eſſe ꝓnos
ad luxuriā/dedit conſiliū balach regi moabitaꝝ/vt mitteret puellas
pulchras et ornatas ꝓpter exercitum eoꝝ/et ꝙ iuuenes venientes ad
ſe verbis allicerent/et cū viderent eos inflammatos ad actū carnis/
non ꝑmitterent ſe ab eis cognoſci/niſi prius comederēt de idolo ti-
tis et idola adorarent q̄ ſecum portauerant vt ſic deus offenderet̄/ et
populꝰ iſrahel ab eo ꝑcuteretur/et daret̄ in manus hoſtiū. dicit eciā
ioſephꝰ ꝙ aliqui nobiles de iſrahel acceperunt ſibi vxores de illis/et
licet nō ſit ſcriptū in iſto caplo. xxv. ꝙ balaam dedit tale ꝯſilium/tn̄
habet̄ ex. xxxi. c. vbi dicit̄. Nōne iſte ſunt que deceperunt filios iſrahel
ad ſuggeſtionē balaā. Et apoc. ii. c. dicit̄. Habeo aduerſus te pauca
quoniā habes hic tenentes doctrinā balaam qui docuit balach mit-
tere ſcādala corā filiis iſrahel edere de ſacrificiis idoloꝝ/et fornicari.

¶ De ſeptem plagis quibus populus punitꝰ fuit. ¶ Caplm̄. iii.

De ſceleribus iudeoꝝ ad iracundiā concitatus dominus fla-
gella multiplicia contra eos imiſit. Et quāuis dictū ſit pau
loante in fine quarte offenſionis/ꝙ dn̄s fuit placatus. Illud
tamen intelligit̄ ſcd̄m Nico. de lyra/ꝙ deus nec ſimul nec ſubito po-
pulum idolatrā et duꝝ puniuit. Idcirco videndū eſt in hoc miſterio
ꝙ ſeptem famoſis plagis populus ille ꝑcuſſus eſt.

¶ Prima plaga fuit poſt adoracionē vituli/de qua dicit̄ exo. xxxii. c.
in fine. Percuſſit dn̄s populum ꝓ reatu vituli. Nam poſtq̄ moyſes
deſcendit de monte/et vidit vitulū et choros redegit in puluerē vitu
lum/quē ſparſit in aquis/et dedit ex eo potū filiis iſrahel. Rabiſalo-
mon dicit. Q̄d iſte aque potate erant nociue culpabilibꝫ/cauſando in
eis inflacionē et languorē/ꝑ quē poterant ab aliis diſcerni. aliis aūt
erāt dulces et vtiles ſicut aque in ſacrificio zelotipie/oſtendebat ꝑ ef-
fectum culpā mulieris vel eiꝰ innocenciā. vt habet̄ numeri. v. c. Alii

aũt doctores dicunt ꝙ color aurei remanſit circa ora eoꝝ qui erant culpabiles/ita ꝙ barbe eoꝝ videbanť auree/ et ſic ab aliis diſtinguebanť. Quare filii leui obediẽtes moyſi zelo dei interfecerũt ex tranſgreſſoribus viginti tria millia/ facta vero die altero moyſes orauit ꝓ populo dicens. Peccauit dñe popul9 tuus iſte/aut dimitte eis noxiam hanc/aut dele me de libro vite. Dicit rabiſalomon ꝙ iſte liber intelligiť lex. que denominať a moyſe/eo ꝙ fuit eius miniſter. eſt ergo ſenſus ſcdm eum/dele me de libro/vt ſcʒ lex non denomineť nomine meo/niſi populus iſte tibi reconcilieť. Aug9 vero exponit dicens/ꝙ moyſes ſic dixit ex ꝯfidencia et familiaritate diuina/vt ſit ſenſus/ſic certus ſum ꝙ nõ delebis me de libro tuo/ita peto vt certifices me vt remittas noxiam iſti populo.

¶ De igne qui deſcendit in caſtra.

Secunda plaga punit9 eſt ille populus ꝓpter peccata ſua qñ accenſus ignis domini deuorauit extremaʒ ꝑtem caſtroꝝ/ vt diciť numeri .xi. c. forte ibi erant magis culpabiles tandem oratione moyſi ignis abſortus ideſt extinctus fuit.

¶ Tercia plaga fuit poſtꝙ habuerunt coturnices. vt habeť numeri .xi. c. et adhuc carnes erãt in dentibus eoꝝ nec defecerat hmoi cibus et ecce furor dñi concitatus in populũ/ꝑcuſſit eum plaga magna nimis/vocatuſq3 eſt ille locus ſepulchꝝ ꝯcupiſcencie ibi eñi ſepelierẽ populũ qui deſiderauerat carnes. Dicit magiſter in hyſto. ꝙ modus plage hic non determinať/creditur tamen ꝙ fuerit ignis.

¶ Quarta plaga poniť numeri .xvi. c. quãdo multitudo murmurabat contra moyſen et aaron dicens. Vos interfeciſtis populũ/cumq3 vellent eos obruere lapidibꝫ/fugierunt ad tabernaculũ/ et operuit eos nubes/et apparuit gloria domini. Dicunt aliqui ꝙ non fuit illa que ꝓbebat ducatum populo. ſed quedã parua nubes/in qua dñs ſolitus erat loqui cum moyſe. Alii dicunt ꝙ fuit illa que ꝓbebat ducatũ/ſed ſtabat in alto ſuꝑ tabernaculũ. et tunc deſcendit operiens et ambiens circunquaq3 vt null9 poſſet adire/et egreſſ9 ignis deuorauit populũ fuerunt autẽ ꝑcuſſi tredecim millia et octaginta.

¶ Quinta plaga exprimiť numeri .xxi. quando profecti de monte hor venerũt in ſalmana/et qr male loquebanť de deo/miſit dñs in populum ſerpẽtes ignitos/ qui ſic dicebanť ſcdm Nico. de lyra. et mgr̃ in hyſto. qr minimi et veloces erãt ad modum ſcintillaꝝ/vel qr volantes ꝑ aera emittebãt ſcintillas ardẽtes. vel ex eo ꝙ ꝑ morſus eoꝝ caleffiebat caro/ac ſi igniretť. Tunc venerũt iudei ad moyſen/videntes mortes plurimoꝝ dicentes. peccauim9/qr locuti ſumus contra deũ et tu ora. vt tollat nobis ſerpentes/ orauitq3 moyſes ad dñm/cui dñs ait. fac ſerpentẽ eneũ/et pone in perticã eminentẽ in medio populi/ et quicũq3 ꝑcuſſus fuerit a ſerpente/reſpiciat eũ et viuet. et factũ eſt ita. Dicit rabiſalomon ꝙ in ſerpente nõ erat virtus ſanandi/ſed aſpicientes ſerpentẽ cognoſcebant afflictionẽ illam a deo ſibi iuſte illatã

petendo miſericordiā/ et ipſe deus ſanabat eos· Racio aūt miſtica eſt
qꝛ ſerpens ille figurabat xp̄m paſſum in cruce/ p cuiꝰ intuitū fide ⁊
deuocione ſanamur a morſu ſathane· Ex quo xp̄s dixit Joh·iii·c· Si
cut exaltauit moyſes ſerpentē in heremo/ ita exaltari oportet filium
hominis dicit magiſt· in hyſto· q̄ illū ſerpentē eneū habuerūt ſecum
filii iſrahel ſp ⁊ magnifice repoſitus ē in iheruſalē· Tādem ob cul=
tū ſupſticionis quē ſibi exhibebat populꝰ ɔminuit eū in puluerē rex
Ezechias et poſuit in torrentē cedron/ ſicut eciā pꝫ quarta rubrica de
cimonono capitulo·

¶ Sexta plaga enarratur numeri·xxv·c· qn̄·ſ· Iſrahel iniciatꝰ eſt·i·
conſecratus Beelfegor idolo madianitaꝝ· Iratus dn̄s dixit ad moy
ſen· Tolle cūctos p̄ncipes populi ⁊ ſuſpende in patibulis contra ſo
lem ut auertat̄ furor meus ab iſrahel· dicit mag· in hyſto· forte quia
ſubditos nō corripiebāt duces tribuū voluit ſuſpendi vel pocius p̄n
cipes·i· actores hꝰ ydolatrie occiſiqꝫ ſunt quatuor milia hoīm

¶ Septima plaga fuit qn̄ iuuenes plurimi zelo ffinees accenſi mul
ta milia hominū pcuſſerūt· vt·n· refert Joſephꝰ· et ponit numeri·xxv
Princeps tribus ſimeon zambri filiā cuiuſdā potentis madianitarū
duxerat que dicebat̄ Cozbi qui vxore iubente in quadā ſolēnitate cū
aliis ducibus deo nō imolauit· Quamobrem cū a moyſe reprehende=
rent̄ in generali/ qui colebant ydola nō deū ille corā omnibus pfeſſꝰ
eſt ſe alienigenā duxiſſe et ſe ydola colere nec tyrānicis legibus quaſ
ipſe ſibi moyſes impoſuerat obnoxiū eſſe q̄bꝰ ſub figmēto legū et dei
grauiori ſeruitute populū p̄mebatq̄ Egipcii cū pprium auferebat vi
uēdi arbitriū et diſcedēs corā oi turba q̄ flebat an̄ fores tabernaculi
itrauit tabernaclm̄ vxoris· Surgēſqꝫ finees filiꝰ Eleazari de medio
mltitudinis et accepto pugione ingreſſus eſt pꝰ illū in lupanar· et cū
iuiſſet coeūtes pfodit ambos in locis genitalibus/ quo exemplo mul
ti moti idolatras plurimos occiderunt· quid plura ut cōcludit in ar
gumento in epiſtola ad romanos/ ita crebra puocacione dn̄m irrita=
uerunt ut omnes in heremo morirēt· nec plus ex ſenioribus eoꝝ q̄
duo homines terrā pmiſſionis intrarūt· Nos igitur caueamus no=
bis ne deum contra nos ppter peccata noſtra puocemus· quia q̄to
plura dignioraqꝫ ſuſcepimꝰ dona/ tanto grauiora noſtra facinora de
lictaqꝫ reputant̄· Et ſi illa deponere neglexerimus nō negliget aut re
tardabit vlcionē deꝰ qui eſt benedictꝰ in ſecula ſeculoꝝ· Amen·

Sermo tredecimꝰ d̄ iudicō dei ɔtra iudeos in iheruſalem habitantes

DEdit deus populo iudeoꝝ ciuitatē hieroſolomitanā ad in=
habitādum in qua tempore nabuchodonoſor regis babi=
lonis tantū excreuerūt iniquitates et execranda mala q̄
deus tradidit omnē populū in manus inimicoꝝ ſuoꝝ et
ciuitate debellata omnes vtriuſqꝫ ſexus iuſto iudicio dei captiui du=
cti ſunt in babilonē neqꝫ ob aliā cauſā tā graue damnū incurrerūt·
niſi quia diuina mandata ɔtēnebāt/ erantqꝫ deo celi abhominabiles

et exoſi ad q̄d clare intelligendū ſtatui in iſto ſermone de iudicio dei
contra iudeos in iheruſalē ↄmorantes loqui/de quo ſi plenā noticiā
habere voluerimus neceſſe eſt ut tria miſteria diſſeramus ·
Primū dicit̄ glorie· ¶Secūdū nequicie· ¶Tercium pene·

¶De gloria et magnificencia ciuitatis iheruſalem· ¶Ca·p̄mum·

Exaltauit deus gloriam ciuitatis hieroſolomitane et fecit il-
lam ſpecioſam et decoraꝫ valde in qua morabantur iudei cū
ingenti leticia ⁊ quiete·verūtamē ut ſic fuiſſe demonſtremꝰ
tria de ipſa ciuitate conſideremus·
Primo ſitum· ¶Secundo cultum· ¶Tercio ſtatum

¶De optimo ſitu ciuitatis Hieruſalem ·

Primo ↄſideremus illius ciuitatis ſitum/ et de hoc notādum
ſcd̄m Rabanum li·xii·de origine reꝝ ꝙ hieruſalem eſt ciui
tas in paleſtina in medio iudee poſita vmbilicus tocius ha
bitabilis noſtre zone·Vnde ezech·v·dicit dn̄s·iſta eſt hieruſaleꝫ quā
in medio gentium ſituaui·Nico·de lyra dicit qꝛ ſita eſt in quarto cli
mate terre habitabilis ſeptem climatibus diſtincte/eſt ibi terra fer-
tilis non modo frugum/ſed balſamo melle et lacte q̄ in diſtribucōe
terre promiſſionis data fuit tribui/Beniamin dicta· Jebꝰ que eſt in
hieruſalem·ut notat̄ Joſue·xviii·c·et idem fatet̄ Jſidorꝰ li·xiiii·ethi
mo·Jn·xv·vero li·aſſerit ꝙ ſcd̄m iudeos Sem filius Noe quē dicūt
Melchiſedech p̄mus poſt diluuiū in Siria condidit ſalem vrbem
hanc·poſtea tenuerunt Jebuſei ex quibꝰ dicta eſt Jebus/ſicꝫ duobꝰ
nominibus copulatis Jebus et Salem vocata eſt que poſtea a Sa-
lomone hieroſolima quaſi hieroſolomia dicta eſt ·

¶De templo mirabili Hieruſalem·

Secundo conſideremus illius ciuitatis cultum/ ibi equidem
a ſalomone conſtructū eſt templū miro artificio· de quo di-
citur paralip·iii·c· Cepit ſalomon edificare domum dn̄i in
hieruſalem in monte Moriā qui demonſtratus fuerat Dauid patri
eius anno quarto regni ſui cepit·Gloſa hiero·ſup illo verbo· Vade
in terram viſionis/in hoc monte inquit/obtulit abraam holocauſtuꝫ
p Jſaac·et glō ſup illo verbo Jacob·Non eſt h aliud niſi domus dei
dicit·in hoc loco creditur Jacob dormiuiſſe ⁊ vidiſſe angeloꝝ viſio-
nem in ſcala·ꝓuidiſſeqꝫ templum et dei cultum ibidem futuꝝ·Quā
tum vero fuerit domus illa miranda patet ex his que dicunt̄·iii· Re
gum·vi·c·Erat ibi cōcurſus et frequēcia gentiū·Precipuevero ſcd̄m
Nico·de lyra ex omni iudea populus ibi cōfluebat in feſto paſche ſi
ue azimoꝝ in memoriā liberacionis de egypto·Jn feſto penthecoſt·
in memoriam date legis·Jn feſto ſcenofagie ſiue tabernaculoꝝ i me
moria manſionū in deſerto·Hanc domū Criſtus voluit ſua preſen-
ciā decorare·Jbi oblatus ē quadrageſima die poſtꝙ natus fuerat ibi
inuentus poſt triduū in medio doctoꝝ·ut dicit̄ Luce·ii·c·Jbi doce-
bat·vnde·xix·dixit·Cottidie apud vos eram docens in templo·

Tercio ↄſideremus illius ciuitatis ſtatum: facta equidē fuit ciuitas inſignis ⁊ regia· primuſqȝ ibi regnauit rex Saul quem Samuel vnxit in regem· ſecundus Dauid· tercius Salomō· quartus Roboam· quintus Abias· ſextus Aſa· ſeptim9 Joſaphat· octau9 Joram· nonus Ochozias· decim9 Jobas· vndecim9 Amaſias· duodecim9 Ozias· tredecimus Jobathan· quatuordecimus Agacz· decimuſquintus Ezechias· decimuſſextus Manaſſes· decimuſſeptim9 Amon· decim9 octau9 Joſias· decimuſnon9 Joachim· viceſimus Sedechias· Erat ergo ciuitas illa famoſa plena populo et diuiciis· Erant ibi ornata edificia/ alta palacia ⁊ iuuenes robuſti et bellicoſi· Sed ut dicit Lactancius li· ii Tum maxime deus ex memoria hominū elabit̄ cū bn̄ficiis eius fruentes honorē diuine indulgencie dare debent· Jdeo populus hieroſolimoꝝ vt patebit incraſſatus nimis recalcitrauit·

De nequicia populi iudaici et impietate multa·

## Capitulū ſecundum·

Quanta fuit iniquitas iudaici populi in hieruſalem habitātis inueſtigandū eſt/ ut ſic ꝑcipiamus ꝙ iuſte deus populū illū neq̄ tradidit in captiuitatē· Sūt aūt tria q̄ accuſant hieroſolimoꝝ culpam et impietatē Primū ē multiplex offenſio· Secundū temeraria obſtinacō· Terciū dura ꝓſumpcio

De octo peccatis quibus in hieruſalem offendebat̄ deus

Primum qd accuſat et arguit iheroſolimoꝝ culpā eſt multiplex offenſio· Jn multis namqȝ nō in vno ſolo peccato offendebant deuȝ· octo tn̄ erāt inter cetera peccata ꝑncipalia que abundabant in illa ciuitate Primū peccatū dicit̄ negligencie· Secundū iniuſticie· Tercium auaricie· Quartum fraudulencie· Quintū violencie· Sextum luxurie Septimum ydolatrie· Octauum irreuerencie·

Primū peccatū qd abūdabat in illa ciuitate dicitur negligencie· Supiores nāqȝ nō curabāt de ſalute ſubditoꝝ quīmo ſuo malo exēplo corrūpebant eos ⁊ inducebāt ad malefaciendū· hinc hieremias cōquerebat̄ Jo· x· c· dicens· Stulte egere paſtores ⁊ deū nō exquiſierunt· ꝓpterea nō intellexerūt ⁊ omnis grex eoꝝ diſꝑſ9 ē· ⁊· xxxiii· c Jhere· aiebat· Ve paſtoribus qui diſꝑdunt ⁊ dilacerāt gregeȝ paſcue mee dicit dn̄s· Sis cautus o predicator ne ꝓpter iſta ꝑlatis detrahas ſi boni ſunt bene erit ipſis ſi vero mali iudicet illos deus Noſtra vero non intereſt illoꝝ increpare delicta· Secundū peccatum qd abūdabat in ciuitate iheruſalē erat iniuſticia· et de hac Jere· v· c· ait· Circuite vias iheruſalem ⁊ aſpicite et ↄſiderate et querite in plateis eius an inueniatis viꝝ facientem iudiciū ⁊ querentē fidem· Et infra Cauſam vidue non iudicauerunt ⁊ cauſam pupilli nō dixerūt O quid de nobis dicā/ heu heu/ periit pfecto de terra iuſticia timore/ amore odio ac ꝑcio eſt eiecta· ut dicit̄· ii· q· iii· c· Quatuor· ſed pfecto impletū eſt dictū Jſidori qui ait· ii· q· iii· c· pauper· Pauper cum nō

haber quid offerat non ſolum audiri contemnitur

ſed reprobatur Cito violatur auro iuſticia nullamq̧ reus pertimeſ-
cit culpam quam nummis redimere exiſtimat et tamen vt dicit aug
li·iiii·de ciuitate dei Amota iuſticia quid aliud ſunt regna niſi latro
cinia ideo dicitur xii·q ii·c·cum deuotiſſimam Summū in rebus bo
nuz eſt iuſticiaz collere ac ſua cuiq̧ iura ſeruare et ari·v·eth·ait pre
clariſſima virtutuz eſſe videtur iuſticia et neq̧ heſperus neq̧ lucifer
ita admirabilis ¶ Tercium peccatum quod erat in iheruſalez erat a-
uaricia de q̄ ihere·vi·c·ſic ſcribitur A maiore vſq̧ ad minorē om-
nes ſtudent auaricie et a propheta vſq̧ ad ſacerdotem cuncti faciunt
doluz Hoc tamen tempore neſcio quid referam qn̄ mundus totus a
uaricie vinculis detinetur ob illa etenī multiplicata ſunt omnia ma-
la puta ſcz fraudes deceptiones mendacia odia liuores rancores ra-
pine vſure ſimonie et ſimilia· ¶ Quartum peccatum qd erat in hie-
ruſalē fuit fraudulentia Omēs ꝑ maiori parte erant ſimulati ficti aſtu
ti callidi ⁊ deceptores in oī arte in omni excercitio in omni deniq̧ cō
uerſatione ſua vn̄ ihere·viiii·c·dicebat vnuſquiſq̧ a proximo ſuo ſe
cuſtodiat et in omni fratre ſuo non habeat fiduciaz quia omnis fra
ter ſupplantans ſupplantabitur et omnis amicus fraudulenter ince-
dit O quis habet nunc vnum amicum verum inquit ambro·li iii·de
officiis Facilis vox et cōmunis tuus ſum totus ſed paucorum effect9
Quintum peccatum iheruſalem fuit violentia de hoc dicit̄ iheremie·
xxxiiii·c·retraxerunt ſeruos et ancillas ſuas quos dimiſerāt liberos
et ſubiugauerunt in famulos et famulas ¶ Hic dicit nicolaus de li
ra ꝙ exodi viceſimo primo capitulo dictum fuit ·Si emeris ſeruum
hebreū ſex annis ſeruiet tibi in anno ſeptimo exeat liber gratis ita
ꝙ non poterat vltra teneri niſi vellet remanere ¶ Tempore vero ſe
dechie regis et ante tenuerant ſeruos et ancillas diucius propter a
uariciam ſuam tamen ad monitionem iheremie et aliorum virorum
bonorum rex ſedechias ⁊ ſui ſubditi ſtatuerunt firmiter dimittere ſer
uos ſuos hebreos et ancillas ſecundum preceptum legis et vt hec or
dinatio eſſet firma sciderunt vitulum in duas partes et inter illas p
tes tranſierunt rex et principes eius ad ſignificandum ꝙ ſic eſſet di
gnus occidi et diuidi infringens illam ordinationem veruntamē p9
cupiditate ducti retraxerūt ad ſe redigēdo ī ſeruitutē et ſic non ſolū
peccauerunt contra legem diuinā ſed eciam contra ſtatutuz ꝓprium
Similes his hodie ſunt q̄ retinent famulos et ancillas ⁊ ꝑmittūt eos
ꝑire fame et frigore ſūtq̧ illis īfeſti n̄ ſolū ꝯpellēdo pl9 debito labo
rare ſz etiā iniuriādo et ꝯtumeliis ac verberibus afficiēdo Nō didice-
re iſti diſciplinā ſapiētis q̄ eccle·iiii·c·ait noli eſſe ſicut leo ī domo tu
a euertēs domeſticos tuos et opprimens ſubiectos tibi et ꝓ his facit
id ſenece ad lucillum colant inquit te potius ſerui tui ꝙ timeant
Sextū pctm̄ iherlm̄ fuit luxuria et de hoc dicitur iheremie·v·c·in ꝑ-
ſona dei ·Saturaui eos ⁊ mechati ſunt et xxiii·c·adulteriis repleta ē
terra ſileāt de hoc verba loquant̄ exēpla ¶ Septimuz peccatum fuit

idolatria de qua ihere·i·c·deus conquerebatur ſic ·Dereliquerūt me et libauerut diis alienis et adorauerunt opus manuū ſuarꝫ· Octa uum peccatum fuit irreuerentia ad cultum diuinum nam in templo abſqꝫ deuotione ingrediebantur et egrediebant̄ et de hoc ſic habet̄ ihere·vii·c· ¶ Fecere filii iuda malum in oculis meis dicit domi nus poſuerunt offendicula ſua in domo in qua inuocatum eſt nomē meum vt polluerent eam O ꝙ̄ reprehenſibiles criſtiani ſunt qui tem pla dei et eccleſias tanꝙ̄ lupanaria calcant pro quib9 facit illud qd̾ ſcribitur de immunitate eccleſie li·vi·in c·decet Decet domum domi ni ſanctitudo ·¶ Decet vt cuius in pace factus eſt locus eius⸗ cultus ſit debita veneratione pacificus Sit itaqꝫ ad eccleſias humilis⁊ deuo tus ingreſſus ſit in eis deuota conuerſatio deo grata inſpicientibus placida· In hierl̄m ergo erant hui9cemōi vicia et alia plurima que ſolet abhorrere deus ¶ De preſumtione populi

Secundum quod accuſat et arguit hieroſolimorum culpam eſt temeraria preſumptio ·In tot enim peccatis deum ſpernebant vnde ihiere̅mie v·c·dicitur Negauerunt dominum et dixerunt nō eſt ipſe neqꝫ veniet ſuper nos malum gladium et famem nonvidebim9 et infra non dixerunt in corde ſuo metuamus dominum deum nr̄m confidebant ergo in ſe ipſis et perſeuerantes in malis ſuis peniten⸗ ciam recuſabant de hoc dicitur ihere·viii·c·Nemo quod bonum eſt loquitur nullus eſt qui agat penitenciā ſuper peccato ſuo dicens q̄d feci omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum quaſi equs in impetu va dens ad prelium· ¶ Tercium quod oſtendit iheroſolimorum culpaꝫ eſt dura obſtinatio Nam cum per plures annos populus ille cōme⸗ monitus fuiſſet nunꝙ̄ ſe corrigere voluit ·Inquit ihero·in commēto ſuper iheremiam ꝙ iheremias cum eſſet adhuc puer prophetare ce⸗ pit anno xiii·ioſie filii amon regis iuda prophetauitqꝫ in imperio e ius annis xix·et poſtea ſub ioachim filio eius annis xi·et ſub ſede⸗ chia qui vltimus fuit regni iuda annis vndeci vſqꝫ ad quitum menſē quando a babilonis capta eſt hieruſalem ⸗ac per hoc ab exordio p⸗ phetie ſue vſqꝫ ad captiuitatem hieruſalem quā et ipſe captus eſt⸗ prophetauit annis xli·et predixit clare ciuitatis excidium niſi penitē⸗ ciam agerent at illi non ſolum non timebant et humiliabant ſe deo⸗ verum eciam iheremiam perſequebantur ſcribit̄ nanqꝫ ihere·xxviii c·ꝙ cum ſemel prophetaſſet apprehenderūt eum dicentes morte mo riatur et congregatus eſt omnis populus aduerſus iheremiam in do mum domini tandem vtens bonis verbis iheremias dixit omnis po⸗ pulus non eſt viro huic iudicium mortis quia in nomine domini dei noſtri loquutus eſt ad nos et ihere·xxxii·habetur qualiter ceſuꝫ eum miſerunt in carcerē vbi ſedit diebus multis ⁊ ihere·xxxviii·c·narra tur q̄liter ſubmiſerunt eum in lacum i quo non erat aqua ſed lutum in ultaſqꝫ alias perſecutiones intulerūt ſibi O malicia incorrigibilis O malignitas hominum iniquorꝫ O duricies prauorꝫ cordiū veritas

adamat̃ de9 p̃dicat̃ timẽd9 vicia increpāt̃ efferūt̃ virtutes ⁊ boni mo
res tñ odio hn̄t q̃ do iubēte talia nūciāt ideo neō pōt de deo ↄq̃ri ſi
in fine ſeuerus appareat·

¶ De graui punitione et plaga hieruſalem ¶ Cap·iiii·

QVi dudū lōganimis p iheremiā pplm ad penitentiā vocauerat
ſceleribus et malicia iniquoꝝ prouocatus ad vindictā tñ exci
tatus ē qd vt cuncti valeant ſcire i h̄ miſterio tercio de pena iheru=
ſalē ptractabim9 de q̃ tria ſūt ↄſiderāda ¶ Primū dr̃ ciuitatis obſeſ
ſio· ¶ Scdm ciuitatis afflictio· ¶ Tereiū ciuitatis deletio·

¶ De valida obſidione ciuitatis· ¶ Primū ↄſidrādū ē ciuitatis obſeſ
ſio vt·n· hēt̃ iiii·regū vl·c·⁊ ii·pali·vl·c·anno ix·ſedechie cirↄdata ē
hierl̃z a nabugodonoſor cū validiſſimo exercitu et extincte fuerunt
in circuitu eius municiones et clauſa eſt ciuitas decem ⁊ octo menſi
bus ¶ Secundum conſiderandum eſt ciuitatis afflictio ¶ Preua
luit q̃ppe interi fames nec erat panis pplo terre· ¶ Tercium conſide
randū eſt ciuitatis captio nā ciuitas capta fuit et fugit ſedechias Ra
bi ſalomō dicit ꝙ ipe fugit p quādā viā ſubterraneā cui9 exit9 erat
bñ lōge a ciuitate ſꝫ de9 fecit apparere vnā capreā ſilueſtrē et dū cal
dei vellent eam capere fugiendo cucurrit ſuper terram ſecundum viā
illius linee ſubterranee predictam vſq3 ad exitum et ſic caldei inuene
runt ſedechiam q̃ exierat viam illam Sed nico·de lira dicit ꝙ h̄ nō
eſt veriſimile ꝙ caldei tunc intenderent venationi ideo dicendū ꝙ i
ſecuti ſūt ſedechiā p indiciū aliquoꝝ quos ceperunt in ciuitate q̃ nō
poterāt fugere ſcdꝫ mag·i hiſto·capta fuit ciuitas circa mediā noctē
Captus itaq3 fuit ſedechias et adduct9 coram nabugodonoſor qui di
xit ei·Magnus deus habens nequiciam tuam odio tradidit te michi
Occidit et filios eius coram eo Oculos vero ſedechie effodit et cate=
nis vinxit eum et duxit eum in babilonē·Muri aūt hierl̃m deſtructi
ſunt et ciuitas expoliata tandem ſuccenſa / et populus ductus in ca
ptiuitatem· Refert magiſter in hiſtoria ꝙ cum nabugodonoſor in=
traſſet babilonem cum triumpho victimas ſollennes immolauit di
is ſuis et ſollemnizauit cum omni populo nouem dieb9 Cumq3 recū
berent exilarati precepit rex vt adduceretur ſedechias in medium et
aliqui de cantoribus templi cum eo qui pſallerent coram conuiuan=
tibus in muſicis inſtrumentis et canerent himnos de canticis ſyon·
Bibebant autem conuiue in vaſis domus domini / quorum quedam
nabugodonoſor ↄſecrauit idol' q̃dā vero ſibi reſeruauit Cumq3 darēt
pſallentibus potuꝫ clanculo precepit rex vt daretur ſedechie pot9 la=
xatiu9 et coram omnibus ignominioſe laxatus ē Sicq3 irriſū reduxe
rē ad carcerē q̃ nimio afflict9 dolore p9 paucos dies mortu9 eſt At
nabugodonoſor fecit eū honore regio ſepeliri tñ iudicio de9 illū puni
uit qr vt ſcribit̃ ii·parali·vl·c·viginti et vnius anni erat cum regna
re cepiſſꝫ ⁊ vndeci ānis regnauit in hierl̃m ⁊ fecit malū corā oculis

domini dei ſui nec erubuit faciẽ iheremie ꝓꝑhe loquẽtis ad ſe ex ore
domini A rege quoq; nabugodonoſor receſſit qui adiurauerat euz ꝑ
deum et indurauit ceruicẽ ſuam et cor vt ñ reuerteret ad dñm deũ
iſrl·Si ergo ipe timuiſſet deũ abſtinuiſſ; vtiq; a tot tãtiſq; pctis et
deus miam ſuaz oñdiſſet illi quam nobis exibeat·qui eſt benedictus
in ſecula ſeculorum·Amen·

Sermo xiii·de iudicio dei cõtra iudeos xp̃m ⁊ eccleſiam pſequẽtes

COmpletis annis lxx· iudaice captiuitatis operãte heſdra
ſacerdote et zorobabel/ſuſcitauit dñs ſpiritũ ciri regis ꝑ=
ſarum/ qui anno i·ſui imperii laxata hebreoꝝ captiuita=
te quatuor ferme hominũ millia fecit regredi in iudeaz re
ſtituens eis vaſa templi aurea et argentea quinq; millia quadrigen
ta que nabugodonoſor portauerat in babilonem ſicq; reedificata eſt
hierlm et templũ eo tempore quo tarquinus ſuperbus regnabat in
vrbe·Colliguntur iſta ex primo li·eſdre c·i·ex dictis ioſephi in libris
antiquitatum et bede in li·de temporibus ſicq; populus ille ibi mul
tiplicatus eſt vſq; ad tempora criſti/verũtñ quia xp̃m et eccleſiaz iu
dei acriter perſecuti ſunt de qua impietate noluerunt penitere volen
te deo ciuitas hierlm a romanis euerſa eſt/et populus fame et gla=
dio periit et qui remanſerunt viliter fuerunt venundati proptereavt
in dies ad timendum deum ſtudioſius inuigilemus in h ſermone de
iudicio dei contra iudeos xp̃m et eccleſiam perſequentes verba facie
mus videbimuſq; qualiter ciuitas hieruſalem deſtructa fuit ⁊ popu
lus eius diſperſus de qua deſolatione tria miſteria erunt declaranda
Primum dicitur ſignificationis·Secundum prenũciacionis·
Tercium execucionis·

De ſignis et portentis quibus dei iudicia ſepe ꝓmõſtrãt·Cap·i·

SIgnificata fuit portentis et ſignis deſolatio hierlm ⁊ i h appa=
ret duricia ꝓꝑli qr nunꝗ ad penitenciã rediit verũtñ vt plenꝰ
intelligãt ſigula i h miſterio tria ſũt dubia abſoluẽda· Primũ ã ti
mẽdũ ſit cũ aliꝗ nouitates apparẽt i corpibus celeſtibꝰ eciã ſi natu=
raliter fiãt· Scd; ꝗ ſũt illa ſigna ꝓpter que timendum eſt ne immineant
de propinquo hominibus mala· Tercium quibus ſignis hieroſoli=
moꝝ excidiũ fuit ꝓmõſtratũ·Pro ꝓmo dubio arguũt aliꝗ dicẽtes il
lud ihe·x·c·A ſignis celi nolite timere ꝗ ſolẽt metuere gẽtes ⁊ tñ cõ
tra iſtos ẽ auctoritas xp̃i ꝗ luce xxi·c·ait · Erũt ſigna i ſole luna et
ſtellis ꝗ verba dicta ſũt vt ꝑ illa ſigna homĩes terreãt Rñdet his mc
de li·ſup ꝓfato x·c·ihe ꝙ timere ꝓpter ſigna celi põt eẽ duplicit aut
rõnabilit aut ſupſticioſe ꝓmo mõ licitũ ẽ ⁊ ad prudẽciã ſpectat ſic ti
mere nã licz corpa celeſtia ſunt agẽtia ꝺ necẽte tñ hĩtvirtutẽ imutãdi
elemẽta ⁊ cpoſita ex eis ad diuerſas ꝗlitates; ex ꝗbꝰ diſponũt hũana

coꝛpoꝛa ad varias infirmitates ſicut ex dñio martis colera accenditur
ex qua accenſione non ſolum coꝛpoꝛa diſponuntur ad infirmitatem
aliquã ſed eciã appetitꝰ ſenſitiuꝰ ad irã ex quo ſequuntur viterꝰ li
tes et diſſentiões eo ꝙ homines vt in pluribus ſequnt̃ ſuas paſſiões
ſoli ſapientes earum dñant̃ ꝑ rõnẽ Timoꝛ aũt facit ꝓcauere a maliſ
futuris ⁊ iõ timere a celi ꝯſtellacionibꝰ ad h̃ ꝙ hõ ꝯſulat de hñdo re
medio ꝯtra diſpoſitiõeꝫ ad infirmitates coꝛpoꝝ ⁊ paſſiones malas ⁊
alia hmõi q̃ poſſũt ex influentia celi cãu ñ ẽ malũ ſꝫ bonũ et ſatis ꝯ
ueniens ¶ Scḋo mõ timere ꝓpter ſigna celi·ſ·ſupſticioſe illicitũ eſt ⁊
pctĩm ⁊ ſic loq̃t iher·vñ ſubdit qꝛ voces pploꝝ vane ſũt qḋ iſup ponit
C·de penis·l·decurionũ filii vane inq̃t voces pploꝝ ñ ſũt audiẽde A
pud pplos aũt t̃plex ſupſticio inuẽta eſt circa coꝛpa celeſtia Pꝛima
oꝝ q̃ dixerũt illa eſſe aiata ¶ Scḋa eoꝝ q̃ dixerũt illa eſſe deos·
e Tercia eoꝝ q̃ dixerũt coꝛpa celeſtia imp̃mere i intellectũ noſtrum·
Pꝛima ſupſticio ẽ eoꝝ q̃ tenuerũt coꝛpa celeſtia eẽ aiata Cõtra quoſ
eſt auctoꝛitas damaſceni q̃ in ii·li· ait Nullus animatos celos vel lu
minaria exiſtimet inanimati eniꝫ ſũt et inſenſibiles et aug·li·xiii·de
ciuitate dei ait Non eſt credendum ꝙ plato dicit globos iſtos lumi
num ſiue oꝛbiculos luce coꝛpoꝛea ſuper aerem ſeu die ſeu nocte ful
gentes ſuis q̃dem ꝓpꝛiis animabus viuere et·xviii·li·de ciuitate dei
dicit ꝙ anaxagoꝛas factus eſt reus apud athenienſes quia dixit ſolẽ
eſſe lapidem ardentem negans vtiqꝫ ipſum eſſe deum vel aliquid ani
matum Si vero obiceretur ꝙ ñ ſolum platonici ſed eẽ doctoꝛes fidei
tenuerunt coꝛpoꝛa celeſtia eſſe animata vt oꝛigenes et hiero·aug·in-
ſuper hoc ſub dubio derelinquit vt lxxiii·in euchiridion et in ii·ſu-
per geneſim ad lit·vbi dicit ꝙ ſi ſunt animata coꝛpoꝛa celeſtia perti
nent ad ſocietatem angeloꝛum eoꝛum anime ·Reſpondet tho·i·parte
q·lxviii·vel lxx· ꝙ inter ponentes coꝛpoꝛa celeſtia eſſe animata vel
inanimata ꝑua vel nulla eſt differencia i re ſꝫ in voce tm̃ qm̃ pñt di
ci aiata nõ ſicut planete et aialia ſed eq̃uoce inq̃ñtũ ſubſtancie ſpũales
vniunt̃ coꝛpoꝛibus celeſtibus vt motoꝛes mobilibus quo fit vt mo-
tus celeſtium coꝛpoꝛuꝫ ſit ab aliqua ſubſtancia apprehendente et nõ
ſolũ a naĩa ſicut grauia et leuia vñ aug· dicit iii· de trinitate coꝛpa
oĩa adminiſtrari a deo ꝑ ſpũm vite ¶ Scḋa ſupſticio fuit alioꝝ dicẽtiuꝫ
coꝛpa celeſtia eſſe deos vt fuerũt egiptii de q̃bus euſebius pãphili li·
i·ḋ euãgelica ꝑparatiõe ait Egiptios ferũt p̃mos oĩum cum in celuꝫ
oculos ſuſtuliſſent motum oꝛdinem et quantitates celeſtium coꝛpoꝝ
admiratos ſolem et lunam deos putaſſe· ¶ Tercia ſuperſticio fuit a
lioꝝ q̃ tenuerunt ꝙ coꝛpoꝛa celeſtia imprimunt in intellectũ noſtruꝫ
qḋ vtiqꝫ falſũ foꝛe oñdit tho· in iii· ſumme contra gentiles dicẽs ꝙ
directe et ꝑ ſe ñ ip̃mit qꝛ vt dicit dionyſius li· de diuinis nominibuſ
⁊ aug·iii·de trinitate Diuine ꝓuidẽcie oꝛdo eſt vt ꝑ ſupioꝛa regãt̃ iſe
rioꝛa ⁊ moueãt̃ Intellectꝰ aũt oꝛdine naĩe oĩa coꝛpoꝛa excedit·impoſ
ſibile eſt ergo ꝙ coꝛpoꝛa celeſtia agãt in intellectu directe nec poſſit

eſſe cauſa per ſe eorū que ſunt circa intellectum Inſuper nullum cor
pus agit niſi per motum vt habetur octauo phyſicorꝫ ergo que ſunt
omnino extra motum non poſſunt eſſe cauſata a corporibus celeſti-
bus ſed ea que ſunt circa intellectum ſunt omnino extra motum per
ſe loquendo ſicut patet ſeptimo phi· quinimo per quietem a motibꝰ
ſit anima prudens et ſciens vt dicitur ibidem Indirecte tamen corpo
ra celeſtia poſſunt imprimere in noſtrum intellectum qꝛ licet intelle
ctus noſter non ſit virtus corporea tamen in nobis operacio intelle
ctus compleri non poteſt ſine operacione virtutum corporearuꝫ que
ſunt ymaginacio et vis rememoratiua et cogitatiua et inde eſt ꝙ im
peditis harum virtutum operacionibus propter aliquam indiſpoſiti
onem corporis impeditur operacio intellectus ſicut patet i freneticiſ
et litargicis et ſimilibus et propter h̄ eciā bonitas diſpoſicionis cor
poris humani facit actum ad intelligendum inquantum ex hoc pre-
dicte vires forciores exiſtunt · diſpoſicio autem corporis humani ſub
iacet celeſtibus motibus et ſic ad propoſitum redeundo ſuperſticioſe
opiniones de corporibus celeſtibus non ſunt acceptande ·
¶ Secundum dubium quod erat abſoluendū que ſunt illa ſigna p-
pter que timendum eſt ne immineant de propinquo hominibus ma
la et dico ꝙ ſunt tria· ¶ Primum ſolis et lune defectio · ¶ Secundū
cometarum apparicio· ¶ Tercium portentorum frequentacio·
Primum ſignum quocienſcunqꝫ etenī eclipſatᷓ ſol vel luna timenduꝫ
eſt de aliquo malo venturo probatur hoc primo per ptolomeum qui
in centiloquio ait · ¶ Sol et luna ſunt domini aliorum planetarum
eo ꝙ ſunt cauſe tocius operis et gubernationis ſtellarum ideo eclip
ſis accidencia grandia ſignificat et meſſala c vii· de temporum varie
tate ait· Scito ꝙ in eclipſi ſolis aut lune non poterit fieri quin ſigni
ficetur aliquod magnum accidens ſecundum quātitateꝫ eclipſis ip-
ſius· Nam in ſignis igneis ſignificabit interitum regis et diuitum ⁊
ſiccitatem et terre ſterilitatē atqꝫ famē· ¶ Et virgilius i p̄mo geor-
giq̄ Sol tibi ſigna dabit ſolē quis dicere falſum Audeat ille eciam
cecos inſtare tumultus Sepe monet fraudem et opta tumeſcere bella
Ille eciā extincto miſeratꝰ ceſare romā· Cū caput obſcura nitidū ferru
gine texit· Impiaqꝫ eternā timuerunt ſecla noctē· Recitat ricobalduſ
in cronicis ꝙ āno neronis q̄rto ſolis defectio fuit ⁊ terremotꝰ ma-
gnꝰ Tūc magna p̄ſecutio iſurrexit ꝯtra xp̄ianos Petrꝰ et paulus
martirio fuerāt coronati Poſt paſſionē vero illorꝫ tāta rome peſtilen
cia fuit vt triginta millia funerum i ratione venerunt Laodicia ⁊ co
loſſa et ierapolis vrbes in aſia terremotu conciderunt Tempore cō
ſtantini tercii facta eſt ſolis defectio Hic conſtantinꝰ italiā de lōgo
bardis liberare conatꝰ ab athenis p mare tarētū trāſiit oēſqꝫ vrbes
i cāpania et terris circūuicinis a lōgobardis occupatas p quas venit
vi cepit romam tandem pergit papā martinū occidit In ſiciliā apud
ſiracuſas a ſuis occidit paulopꝰ ſarraceni cū nauibꝰ i ſiciliā venīūt

Siracuſas captas diripiũt ornamenta Alexandriaȝ deferunt templũ
conſtruit in iheruſalem vbi templũ Salomonis fuerat. Tēpore lo-
tarii ſecundi factus eſt ſol ſanguineus et poſt paucos dies hominuȝ
lues eſt ſecuta. Refert ad hoc eutropi9 ꝙ feruēte tumultu belloꝝ ci-
uilium tres ſoles ſimul exorti ſunt qui paulatiȝ cohierunt in unũ
Scias tamen ꝙ non ſunt idem eclipſis ſolis ⁊ multiplicacio ī aſpec
tu. Nã vt dicit. Iſidorus li. tercio. ethimo. Eclipſis ſolis ē quociēs
luna. xxx. ad eandem lineam qua ſol vehitur peruenit eiqȝ ſe obici
ens ſolē obſcurat. Naȝ deficere nobis ſol videtur dum illi orbis lu
ne opponit. De multiplicacione vero ſolis quia videntur. 3. dicit Se
neca. li. i. de queſtionib9 naturalib9 hos ñ eſſe ſoles ſȝ imagines ſo
lis in nube ſpiſſa ſoli ꝓpinqua in qua radii ſolares incluſi ſunt. ⁊ Io
hãnes ſolobrienſis ī policratone. li. ſecundo ait Quociens ſol in celo
videbit̄ geminari mũdacionē aquarũ ſubtus orbis expectet ⁊ licȝ a
raritate ſui miraculis videat̄ accedere opus tamen nature eſt que q̄-
dem ſoles nõ geminat ſed nubem ſimillimam facit vocaturqȝ pare-
lion Eſt enim parelion nubes ſimillima ſoli ¶ Secundũ ſignũ ꝓpt̄
qđ timenda ſunt mala futura dicitur comete apparicio đ qua nota
qđ dicit Tullius libro ſecundo de natura deoꝝ ꝙ cometa grecum
vocabulum eſt quã latini crinitam ſtellã vocant eo ꝙ comas lumi-
nis de ſe fundat ¶ Pictagorici dixerunt cometam eſſe vnam de ſeptē
ſtellis erraticis quoꝝ falſitas apparet cũ ſepe oēs luceant apparēte
cometa Ariſt. i. methaph. ſcribit Anaxagoraȝ Democritũ ⁊ alios
dixiſſe cometã fore đ natura celi ſed cũ omnis ſtella celi ſit ꝑpetua
et cometa videat̄ deficere abſqȝ eo ꝙ ſolis radiis abſcondat̄. Iō dicē-
dum cũ Johanne damaſceno ꝙ cometa non ē ſtella đ natura celi ſȝ
vapor ad volũtatē creatoris accenſus ī viſcoſa materia et aduſtibili
de apparicione ergo comete dicit. Ptholome9 in centiloquio ꝓpoſi-
ſicione xcix et in ſecunda quadriptiti. c. vl. et. ¶ Ariſto. i p̄mo me
tha. ꝙ ſignificat malos effect9. Scribit. Seneca in queſtiōib9 na-
turalibus ꝙ due inſule ſubmerſe ſunt p̄nũciante cometa. Narrat
Juſtin9 ꝙ anno quo nat9 ē. Metridateſ ⁊ anno quo p̄mũ regnare
cepit cometa p vtrũqȝ tēp9 multis dieb9 ſplēduit cũ luce tanta vt
celũ omne videret̄ ardere ī quãtitate videbat̄ occupare magnum celi
ſpaciũ et ī luce vicebat nitorē ſolis apparebatqȝ horis quatuor. Hic
Mitridates quadraginta ſex annis cum romaīs atrocia bella geſſit
đ quo ſcribit valeri9 ī rubrica de ſtudio et īduſtria et idē cõfirmat
Soli9 ī li. đ mirabilib9 mũdi vigītiduaꝝ genciũ q̄b9 iꝑabat idiōa
didicerat ⁊ vt refert Juſtin9 et Eutropi9 Cũ nicomedē regē Bithi-
nie regno pararȝ pellere amicũ romanoꝝ cũ diceret̄ ſibi ꝙ ſi id fa-
ceret romanis diſpliceret cũ epheſũ puenīſſȝ crudeli edicto vt ſcribit
Valerius in rubrica de crudelitate multa familia romanorum ciuiũ
in Aſia p vrbes negociãdi cauſa diſperſa vna epiſtola et vno die
truncari fecit q̄ miſerabilis illa rerum facies fuit vt vbicumque

Romanus fuiſſet inuentus puta in agro in domo in foro in via in tē plo in lecto in conuiuio velut hoſtis mactaretur. Seneca l. vi. de q̄ ſtionibus naturalibus dicit ꝙ imperante nerone ſenis menſibus ap paruit cometa/ neqꝫ vero peius quid illis temporibus potuit eſſe q̄ viuere ſub dn̄o tam crimmoſo. de quo dicit Johannes ſolobrienſis in policratone li. i. Jn tanta mole imperii omnē poſuis eſt grauitatem philoſophiam pſequens quaſi maieſtatis imperii inimicam et no= biliora ingenia veritus ſe conſiliis ſubdidit hyſtrionū. Cum vero eſſꝫ omniū auariſſimus adeo ut nulli q̄cunqꝫ officiū delegaret q̄n pſeq̄ retur/ noſti quid mihi opus eſt aut illud ſubiceret qui omnibus pꝯ omnibus indiget tn̄ hyſtrionibus et mimis pecunias infinitas ero= gare non grauabat̄ ſingulos put q̄buſqꝫ placuerat ampliſſime dig= nitatis nomine ſublimabat. Alios patricios/ alios ſenatores dicens hos illuſtriū ſpectabiliū ne nominibus illuſtrabat

¶ Tercium ſignū ꝓpter q̄d timenda ſunt mala futura dicit̄ portē toꝝ frequentacio q̄n multiplicant̄ ꝓdigia et oſtenta ſolent ſequi pro ditores et mala. Vnde plinius li. ii. de naturali hyſtoria ſcribit/ ꝙ ā no anteq̄ craſſus occideret̄ a parthis ferrum pluit in lucanis et om nes lucani milites quoꝝ numerꝰ multus erat in illo exercitu fuerūt ceſi. ¶ Recitat Moroſius ꝙ anno ab vrbe condita quadringenteſimo octoageſimo ſanguis de terra e multis fontibus ſcaturiit p malo q̄d ſecutum eſt q̄n ſequenti anno terribilis peſtis romanos inuaſit. Jdē Oro. refert ꝙ āno ab vrbe ꝯdita quadringenteſimo octoageſimo ſex to dira ꝓdigia viſa ſunt rome edes ſalutis ictu fulminis diſſoluta eſt apud formias multis ictibus fulminū menia vndiqꝫ combuſta et diſſoluta ſunt. Sequēti anno Sempronius conſul aduerſus Picen= tes exercitum duxit triſte adeo id belluꝫ fuit ut cū media pugna con tremuiſſet terra et fuiſſet terremotus et diceretur ꝙ cum ſono tam horribili ſanguinem/ humanuꝫ accipe voluiſſet romani quippe pau ci admodū q̄ remanſerunt vicerūt q̄ꝛ vtraqꝫ ps gladio corruit pau= cis romanis remanentibus. Moroſius inſup dicit ꝙ bellū picentum marſoꝝ pelignoꝝ Sannitū et lucanoꝝ mlta ꝓdigia pceſſerūt. Nā ro me ſub ortu ſolis globus igneus e regione ſeptemtrionis cum ma= ximo celi fragore emicuit. Apud tarentinos cū panes p cōuiuia frā gerent̄ cruor e mediis panibus quaſi e vulneribus corporum fluxit tunc p ſeptē continuos dies grando lapidum immixtis eciā tertaꝝ fragmentis terram latiſſime verberauit bellū punicū ſcd̄m multa ꝓ= digia pmonſtrarunt. Nam bos quidem locutus eſt rome dicens. ca ue tibi roma. Et Au. li. v. de ci. dei. c. vl. d h ait. Omitto boues locu tos infantes nōdum natos quedam verba clamaſſe de vteris matꝝ volaſſe ſerpentes feminas et gallinas et homines in maſculinū ſexū fuiſſe conuerſas. Jnter cetera mala que expoſt ſecuta ſunt ſcd̄ꝫ oroſium in ea pugna que apud cānas celebrata eſt. xliiii. milia romanorū ceſi ſūt. hanibal i teſtioniū victorie tres modios ānuloꝝ aureoꝝ

qui ex manibus interfectorum detracti fuerāt Carthaginem miſit.
Narrat Sigibertus ꝙ in gallia ante ſolſticium eſtiuale orta tempe-
ſtate cum grandine ingens fragmētum glaciei de celo cecidit cuius
latitudo ſex pedum altitudo duorum lōgitudo vero quindecim fuit
et vt ſcribit in ſpeculo geſtoꝝ mundi ſtatim normandi ſeptemtriona
les populi venerūt in galliam potēti manu domuerūtqꝫ gallos ſtra
ge bellica ꝑ.xl.annos; poſtremo in ſignū pacis data eſt quedā por-
cio gallice regionis que vſqꝫ ad iſta tempora dicit normandia.
¶Terciū dubiū apiendū fuit quibus ſignis iheroſolimoꝝ excidi-
um fuit ꝑmonſtratū.et licet fuerint multa que ioſephus ponit in li-
bris quos ſcripſit de bello iudaico/nos tñ aliqua ꝑncipalia collige
mus/et ꝑmū fuit ꝙ ſtella quedā ꝑ annū ſub forma gladii ſtare vi-
ſa eſt quaſi imminens deſuꝑ ciuitati.Secundū cū die feſti populi cō
ueniſſent octaua die menſis aprilis noctis tꝑe hora nona tantus ful
gor luminis arā templūqꝫ circūdedit ut dies clariſſimus videret. mā
ſitqꝫ ſpacio hore dimidie/hoc quidē ignaris ꝓſpeꝝ viſum eſt/ſed ꝑ
hos peritoſqꝫ portentū exiciale nō latuit.Terciū ſignū ꝙ luna eclip
ſim ꝑ.xii.noctes cōtinuas paſſa eſt. Quartū ſignū ꝙ ianua templi
que erat ad orientē cum eſſet ere ſolido induta tanti ponderis ꝙ vix
xx.viris ſummo conatu impellentibus clauderet repente hora noctis
vi ꝑ ſeipſam aperta eſt qꝫqꝫ ferreis vectibus teneret. Quintum ſig-
num ꝙ die.xxi.May ꝓpe ſolis occaſum viſi ſunt currus et quadrige
in omni regione ꝑ aerē ferri ⁊ armatoꝝ cohortes nubibus commi-
ſceri.Sextū ſignū in nocte penthecoſtes ſacerdotes ingreſſi templū
ad diuina officia celebranda.ꝑmo ſenſerūt quoſdam ſtrepitus ⁊ pau
lopoſt audierūt voces clamātes.Diſcedamus ab his ſedibus.Septi-
mum ſignū quidā Jheſus nomine ꝑ quatuor annos clamauit conti
nue alta voce.Vox ab oriente vox ab occidente/vox a quatuor ven-
tis vox ſuꝑ hieruſalem vox ſuꝑ ſponſos et ſponſas voxqꝫ ſuꝑ vni-
uerſum populū/ſicqꝫ indeſinenter die ac nocte clamabat per vicos et
plateas diſcurrendo et flagellatus ac ꝑcuſſus etiā ante iudicem fla-
gris vſqꝫ ad oſſa laceratus ut taceret cum quodam eiulatu ſꝑ illud
replicabat/addens ve hieroſolimis ve maſculis et femellis.

## ¶Qualiter xp̄s ꝑnunciauit excidiū hieroſolimoꝝ ꝑcipue tribus vicibus ¶Capitulum ſecundum.

Hic ad mente reducendū eſt ꝙ dn̄s et ſaluator noſter ih̄s cri
ſtus illi populo ꝓnunciare dignatus eſt que ventura erant mala/ vt
ſi vellent poſſent penitendo flectere furorem domini. Tribus autē
vicibus id fecit quod commemorat a luca ꝑmo.xix.c.ſecundo.xxii.c.
tercio.xxiii.c.Primo luce.xix.habet cū dominica oliuaꝝ veniret in
hieruſalem et turbe ꝓceſſerunt ei obuiam.videns iheſus ciuitatem/
fleuit ſuꝑ illā dicens ſuꝑ al ia.O iheruſalē plena populo.O ciuitas
ſacerdotalis et regia venient dies in te et circūdabunt te inimici tui
vallo.et circūdabunt te et coanguſtabunt te vndiqꝫ ⁊ ad terram ꝓſter

nent te et filios tuoſ q̃ i te ſunt et nõ relinquent in te lapidez ſup la
pidem eo ꝙ non cognoueris temp9 viſitacionis tue. Inquit ꝓpterea
Hiero. in queſtiõibus ad helbidiam. Intantum hieruſalẽ amauit
dñs vt fleret eam ⁊ plangeret. ⁊ pendens in cru ce loqueretur. Pa=
ter ignoſce illis q̃a neſciunt quid faciunt Ita ꝙ impetrauit qd pecie=
rat datũq; eſt temp9 penitencie vicz ad quadrageſimũ ſecundũ an=
num poſt qd pſeuerantib9 illis in plaſſemiam Egreſſi ſunt duo vr
ſi de ſiluis genciũ Romanorum Veſpaſianus ⁊ Titus ⁊ eos interfe
cerunt atq; lacerauerunt hec ille Secundo xp̃s p̃nunciauit deſolacõz
hieruſalem luce viceſimo p̃mo cum dixit Erit enim preſſura mag=
na ſup terrã ⁊ ita populo huic et cadẽt i ore gladii et captiui ducẽt
in omnes gentes Hieruſalem calcabitur a gentibus donec implean
tur tp̃a nacionum Tercio xp̃s p̃nũciauit ruinam hiernſalem. Luce
viceſimo tercio qñ die paſſionis ſue ſequebat̃ illũ cruce oneratum
multa turba populi et mulierum que plangebãt et lamentabãt illũ
Conuerſus autem ad illas Jheſus dixit Filie hieruſalem nolite flere
ſup me ſed ſr̃ vos ipſas flete et ſup filios vr̃os quoniã ecce veniẽt di
es in quib9 dicent. Beate ſteriles que non genuerũt et vbera que ñ
lactauerũt quid plura. crucifixus eſt criſt9 et tota mundialis machi
na ẽ commota tremuit terra obſcuratus ẽ ſol petre ꝯtrite ſunt apta
monumenta et velum templi ſciſſum eſt in duas ꝑtes aſũmo vſq; deor
ſum vt dicitur Mat. xx vii. tamen iudei duriores effecti in xp̃m et ec
cleſiã ſeuiũt. Poſt xp̃i reſurrectionẽ q̃nquageſima vicz die apoſtoli
receperunt ſpũmſanctũ et ea die petrus publice p̃dicauit reſurrectionẽ
xp̃i et pniaz in remiſſionẽ peccatoꝝ. ut dicit̃ actuũ. iii. c. et poſtq̃ ſa
nauit claudum et paraliticũ ex vtero matris qui ſedebat ad portaz
templi que vocabat̃ ſpecioſa dicens. In nomine iheſu ſurge et ambu
la cum eſſet factus cõcurſus populoꝝ ad rem tã grandem videndaz
Iteꝝ p̃dicauit Petrus innocẽciã chriſti et impietatẽ eoꝝ contra illũ
et ſubdit. Penitemini ⁊ ꝯuertimini ut deleant̃ peccata veſtra actuuz
iiii. c. Sz ecce ſacerdotes et magiſtratus templi iniecere manus in pe
trũ et iohãnẽ et carcerauerũt eos actuũ. v. c. Sequẽti vero die edu=
ctos de carcere liberauerũt p̃cipientes ne docerent in nomine iheſu.
Cum aũt illi pſeuerarẽt in doctrina iteꝝ poſuerũt eos i cuſtodia pu
blica a qua fuerũt ꝑ angelũ liberati. Et ne ſingulis immoremur ob=
ſtinati. Judei lapidauerũt ſtephanũ actuũ. vii. c. Surrexit tandẽ Sau
lus contra diſcipulos qui cõuerſus eſt ex miraculo xp̃i ſibi apparen=
tis. actuũ. viii. c. et a iudeis pſecuciones grauiſſimas paſſ9 ẽ occiſ9 ẽ
Jaco. frat̃ iohannis gladio. Incarceratus ꝑetr9 et ꝑ angelũ liberat9
actuũ. xii. c. Sicq; continue addebant mala malis miſerabiles iudei.

¶ De terribili ſentencia diuini iudicii contra iheruſalem

¶ Ca. tercium.

NEſcio q̃s taz ferus eſſe poteſt ut ſine gemitu audiat que paſ
mītius tecum agat· Manū eī ſuā plus debito ſup te grauare videt̄.
Quo audito vir ſanctus cū eiulatu exclamās ait· Niſi noſcerē in te
ſimplicē puritatem tuā ex nunc abhorrerē cōſorcium· qui auſus fue=
ris circa me diuina iudicia reprehēſibilia iudicare· Et licet totus eſſet
attritus grauis plixitate languoris piciens ſe in terram oſſa debilia
duro caſu colliſit et deoſculans humū· gracias inqt tibi ago dn̄e deus
de omnibus his doloribus meis teqʒ mi dn̄e rogo vt centuplū ſi tibi
placuerit addas cum tue ſancte voluntatis adimpleto ſit mihi conſo
lacio ſemper plena· ¶ Quinto debet eſſe vnuſquiſqʒ paciens inuo=
luntaria operacione· in ieiuniis oracionibus vigiliis· et diſciplinis· a
liiſqʒ operibus v̄tuoſis· cū p̄miū illorum ſit eterna vita· In oibʒ autem
vnuſquiſqʒ memor eſſe dʒ illius pacientiſſimi Iob· q̄ in omni aduerſi
tate ſua in damno rerum· ſiue in morte repentina filiorum ſiue in plagis
et vulneribus corporis ſui ſolitus erat dicere dn̄s dedit dn̄s abſtulit ſi
cut dn̄o placuit· ita factū ē ſit nomen dn̄i b̄ndictum·

¶ Quod quinqʒ ſunt regule ad acquirendam pacienciam·

¶ Capitulum tercium·

TErcia cōſideracio eſt de paciencie acquiſicione · in qua dicend'
eſt quō paciencia poteſt acquiri· et ad hec notāde ſunt quinqʒ
regule· ¶ Prima dr recogitacio ¶ Scd̄a melioracio·
Tercia premiacio· ¶ Quarta auxiliacio· ¶ Quinta exemplacio·

¶ Prima regula dicitur recogitacio· Quandocūqʒ eī quis ſentit ad
uerſa multa imminere ſibi recogitare debet peccata que commiſit· et
dicere illud Michee· vii· c· Iram dn̄i portabo· quoniam peccaui ei·
Sic faciebant fratres Ioſeph qn̄ venerunt in Egyptum· et Ioſeph lo
quebat̄ cum eis· et ipi non cognoſcebāt eū· et dicebat· frater veſter vnus
liget̄ in carcere· vos autem abite et fratrem veſtrum minimū ad me ad
ducite· At illi lingua hebrea credentes nō intelligi ab ioſeph dicebāt
adinuicem· merito hec patimur· quia peccauimus in fratrem noſtrū
videntes anguſtiam anime illius cū depcaret̄ nos et nō audiuimus
Idcirco venit ſup nos iſta tribulacio· ¶ Scd̄a regula dr melioracio·
qn̄cumqʒ quis tribulacionibʒ quatit̄ vt paciens fiat cōſideret q deus
in hac vita ſepius vexat quos amat · et omnia in melius interpretet̄
vn̄ iob· v· c· dr Beatus qui corripit̄ a dn̄o ¶ Increpacionem ergo eius
ne reprobes· Et ſapiens eccleſiaſt· iii· diſciplinā dn̄i ne abicias · nec de
ficias cum ab eo corriperis · Quē enim diligit dn̄s corripit et quaſi
pater in filio complacet ſibi· Solet enim tribulacio ſatis pdeſſe anime ·
ad illuminandum eam · atqʒ ad ſuperandas mundi et carnis blan=
dicias · vnde Lactancius in ſecundo libro diuinarum inſtitucionum
ait · ¶ Tum maxime deus ex memoria hominum elabitur· Cum

beneficio (●)us fruentis honorem diuine indulgencie dare debent·
At vero ſi qua neceſſitas grauis p̄ſſerit/tunc dn̄i recordant̄ / ſi belli
terror infremuit/ſi morboꝝ peſtifera vis incūbit ſi alimēta frugibꝫ
lōga ſiccitas denegauit·Si ſeua tēpeſtas/ſi grādo ingruit ad deū cō
fugit̄ a deo petit̄ auxiliū/deus vt ſubueniat orat̄·Si q̄s in mari ven
to ſeuiēte iactat̄/hūc inuocat·Si q̄s aliq̄ vi affligat̄ /hūc pocius im=
plorat·Si q̄s ad extremā mendicādi neceſſitatē deductus victū p̄cibꝫ
expoſcit·hūc ſolum obteſtat̄/p eius diuinū atqꝫ vnicū nomen / hoim
ſibi miſericordiam querit̄·Hec ille·Et hiero·Tribulaciois vtilitatē
per exemplū quoddam explicat in epiſtola ad ruſticum monachum
dicens·Grecus adoleſcens erat in cenobio ·qui nulla abſtinencia nul
la operis magnitudine flammam poterat carnis extinguere/hunc p
iclitantē pater monaſterii hac arte p̄ſeruauit/impat cuidaꝫ viro gra
ui vt iurgiis atqꝫ conuiciis inſectaretur hominē ⁊ p⁹ irrogatas cōtu
melias primus veniret ad querimonias/vocati teſtes/p eo loqueban
tur q̄ cōtumeliam fecerat·ſolus pater monaſterii defenſionem ſuam
callide opponere ſtuduit·ne abundanciore triſticia abſorberetur frat̄·
Quid plura ita annus deductus eſt quo expleto interrogatus adole
ſcens ſuper priſtinis cogitacionibus ita adhuc moleſte ſuſtineret pa=
pe inquit·Michi viuere non licet ⁊ fornicari libet·¶ Tercia regula
ad acquirendam pacienciam dicitur Premiacio· Quandocumqꝫ q̄s
deficere videret animum in tribulacione aut in laboribus ꝑpter deū
ſuſceptis ſtatim ſubleuari debet ad illā mercedem vberrimam ⁊ co=
pioſam que repromittitur nobis in celis de qua chriſtus dicebat ma=
thei·v·Beati eſtis cum maledixerint vobis homines et perſecuti fue
rint vos ⁊ dixerint omne malum aduerſum vos mencientes propt̄
me gaudete et exultate quoniam merces veſtra copioſa eſt in celis·
Sic ſtephanus cum eſſet inter eos qui perſequebantur ipſum inten=
deus in celum vidit gloriam dei·¶ Quarta regula dicitur auxilia=
cio·Quādocumqꝫ aliq̄s p̄mitur multis anguſtiis ſciat deū aſtare ſi=
bi vt ei ſuccurrat vel vt pacienciam tribuat dūmodo ip̄e auxiliū ei⁹
poſtulet·Ideo dauid in pſal·xxxvi ait· Iuxta eſt dn̄s his qui tribu
lato ſunt corde· Eſt de hoc exēplum Magni Antonii qui cū p⁹ mlt̄=
ta eciam verbera que a demonibus fuerat paſſus·vidiſſet in ſplendo
re quodam mirabili dn̄m ih̄m xp̄m dixit ad eum·vbi eras bone ih̄u
vbi eras·quare a p̄ncipio nō fuiſti vt me iuuares · et vulnera mea
ſanares·cui dn̄s·Antoni hic eram·⁊ meo auxilio certamen ſupe=
raſti·Amodo autem quia dimicaſti·in toto orbe faciam te noiari·
¶ Quinta regula ad acquirendam pacienciam dicitur · Eemplacio
quando aliquis cupit habere pacienciam vltimum eſt remedium in
tueri ſanctorum exempla·et potiſſimum domini noſtri ihesu chriſti
De quo petrus prima epiſtola·c·primo dicit·Christus paſſus eſt pro
nobis·nobis exemplum relinquens· Et Paulus ad hebreos duodeci
mo ait· ¶ Recogitate eum·¶ Qui ſuſtinuit talem a peccatoribus ·

aduerſus ſemetipſum contradictionem. Non vt fatigemini animis veſtris deficientes. Que nã paciencie exẽpla nõ inueniunĩ in xp̃o. Vide illũ o anima in cruce nudatum. Vide ⁊ ↄtẽplare diligenter/ſi te grauatã ſentis infirmitate corporis audi illũ dicentem tibi. Et ego ꝑ tua ſalute a plãta pedis vſqȝ ad ṽticẽ totus ſum vulneratꝰ. Si dixeris ei/heu iniuſte accuſor inique criminor ab emulis meis/reſpondebit tibi. Et ego qui deus ſum factꝰ hõ iuſtus ſanctꝰ pius ſapiens mũdus ⁊ impollutus vocor Samaritanꝰ ſeductor malefactor blaſphemus ⁊ velut ꝑditiſſimus reus/in medio latronum crucifigor. Si conqueſta fueris de pauꝑtate. Et ille clamabit. O aĩa mea ſuſtine paciẽter q̃ ⁊ ego amore tui in tãta ſum pauꝑtate ↄſtitutus/vt nõ habeã vbi caput reclinem in cruce. ſitiui aque mihi guttula denegatur. Et tandẽ nihil inueniri põt/in quo nos paciamur ꝑ amore crucifixi/quĩ magis in illo paciamur ipẽ ꝑ amore nr̃o ꝓpterea aug. in li. de ↄflictu viciorum ait. Si paſſio redemptoris ad memoriam reuocatur/nihil tam durum ẽ/qđ non equo animo tolleret. Parua em̃ tolleramus/ſi recordemur q̃d biberit ad patibulũ/qui nos inuitat ad celum Jlle em̃ obprobria irriſiones ↄtumelias/alapas/ſputa/flagella coronam ſpineam crucẽqȝ ſuſtinuit/⁊ nos miſeri ad noſtrã ↄfuſionẽ vno ſermone fatigamur/vno verbo deicimur. H̃ ille. Quare ꝓcuremus ferventer vt acquiramus pacienciam ꝑ q̃ꝑ deus largietur nobis graciaȝ ⁊ in futuro ſempiternam gloriam in qua eſt bñdictus per eterna ſeculorum ſecula. Amen.

¶ Sermones clariſſimi in ſacra theologia magiſtri fratris Roberti caratzuli de Litio ordinis minorum. De timore iudiciorum dei

## De morte. Rubrica.

Morte morieris Geñ. ii. Exiſtimaui ſepe numero nihil
tā vtile anime rōnali eſſe poſſe ad fugā viciorꝝ q̄ꝑ fre-
quens memoria mortis ꝑpterea ſapi. Eccle. vii. In oi-
bꝫ opibꝫ tuis memorare nouiſſima tua/ꝛ in eternum
non peccabis. Et hiero. ad paulinū. Facile contēpnit
oia q̄ ſemꝑ cogitat ſe moriturꝝ. Et id ad Ciprianū dicit. Qui ei quoti
die recordatur ſe eſſe moriturꝝ ɔtēnit pñcia/ꝛ ad futura feſtinat. Et
idem ad heliodorꝝ de vita Veſpaſiani Platonis ſentēcia eſt oim ſa-
pienciū vitā meditacionē eſſe mortis. Sene. ad lucillum ait. Nichil
am eque tibi ꝑderit ad contemperanciam oim rerꝝ q̄ꝑ freq̄es cogi
tacio/breuis huius incerti itineris. ꝛ idem ad eundē in epiſtola ait.
Moleſtum eſt iniquis mortem ante oculos habere. Iſta tam ſeni q̄ꝑ
iuueni dꝫ eſſe ante oculos. hec ille. Cum igitur mortis memoria ſit tā
te vtilitatis idcirco in preſēti ſermone de ipſa morte tria ſunt contem
planda miſeria. Primū de ſua ferocitate. Scdm de ſua dubieta-
te. Tercium de ſua crudelitate. Primum eſt de mortis ferocita
te circa qd nota triplicem ferocitatem. Prima ferocitas contra pri
mos homines. Secunda contra peccantes. Tercia contra totuꝫ
mundum. Prima ferocitas dicitur contra primos homines quos
ipſa iſtemit ꝛ proſtrauit. Nā a pricipio cōdicionis hūane ī ſtatu inno
cencie erant homines immunes a lege mortis. vñ aug. in. xii. li. de ci-
dei ait fatendū eſt ꝑmos hoies ita fuiſſe inſtitutos/vt ſi nunq̄ꝑ pec-
caſſētnunq̄ꝑ gen9 mortis experirent. Sꝫ eoſdē ꝑmos ꝑentes ita fuiſſe
morte inſtitutos vt q̄cquid de eorꝝ ſtirpe fuiſſet exortū ead pena te-
neret obnoxiū ꝑ magnitudine q̄ppe culpe illius. Naturam dānacio
mutauit in peius vt qd penaliter preceſſit in peccātibꝫ hoibꝫ ꝑmis na
turalr ſeq̄ret in naſcētibꝫ ceteris. Itē in li. de baptiſmo puulorꝝ ait.
Ibi fiebat ordo iuſticie vt ſicut anima dño ſuo. Ita corpus ei obediret
Hec ille. et eccle. xv. Ante hominem vita et mors. Et in eod. c. Deus
ab inicio conſtituit hominē et reliquit illū in manu conſcilii ſui. Et
Origenes ſuper Leuiticum. ix. Si homo ab inicio elegiſſet vitam nū
quam humanum gen9 mortalē condicionem teneret vnde deus prop
ter peccatum dixit Ade. Quia audiſti vocem vxoris tue. Dico tibi
quia in ſudore vultus tui/veſceris pane tuo/donec reuertaris ad ter-
ram qua ſumptus es quia puluis es et in puluerem reuerteris.
Geñ. iii. et hec omnia propter peccatum. Heu quam grauis fuit illa
culpa que imperio mortis omnes ſubiecit. Sed potiſſime primos pa
rentes. Nam per erroreꝛem inobediencie ſue mortem quam deus
nō fecerat ſibi inuenerūt. Iuxta illud auguſtinus i pronoſtichon di.
Vide mortem nou a deo. ſed per errores intus veniſſe hominibus in
paradiſo deliciarum poſitis. Cui eciam conuenit illud quod ſcribi-
tur ſapiencie ſecundo libro. Deus mortem non fecit ſed i mpii

manibus ꝓpriis accerſierunt eaꝫ· Sꝫ circa hoc dubitari pōt· Qꝺ cū
deꝰ dixerit ade Geñ· ii· q̄cumqꝫ hora comederis/ morte morieris· non
tñ ħ videt̃ vm qꝛ nō illa die mortui ſunt· Ad ħ rñdet nico· de lyra·
in expoſicōe ſuꝑ geñ· ꝙ illa v̄ba ſic hñt exponi· Morte morieris· i·
moriēdi neceſſitatē incurrēs qꝛ guſtato ligno nō ſtatī mortuꝰ ē/ ſꝫ ce
pit ad mortē tāꝺ· Et aug· ſuꝑ Geñ· ſic ait· morte morieris· i· morti ob
ligatꝰ eris/ vl' mortis reatū incurres· vñ ⁊ ī alio loco iꝺ ait· Quāuis
ānos mltos pꝰ vixerīt/ illo tñ die mori ceperunt q̄ morte legem/ qua in
ſemū nephas acceperunt· Data ē ergo ptās morti eiciēdi illos ꝑpter e
oꝝ culpā Et qꝛ neceſſaria erat hūani generis mltiplicacio viuēdi tpl
in longū ꝓceſſuꝫ eſt q̄ntū a morte de victu ⁊ debellatū ē ⁊ q̄d ꝓfuit
illis lōga vita nō mors ē ſubſecuta· Audiamꝰ q̄d ſcripta dicat geñ· v
vixit Adā ānis ⁊ genuit filiū ad ymaginē ⁊ ſimilitudinē ſuā/ voca=
uitqꝫ nomē eiꝰ ſeth· Et facti ſunt oēs dies adā/ poſtq̄ genuit ſeth· lx
xx· āni· genuitqꝫ filios· ⁊ filias· ⁊ factum eſt oē tp̄s/ qꝺ vixit adam
xciii· ānis· ⁊ mortuꝰ ē· vixit ſeth· cv· ānis poſtq̄ genuit honas· xc· an
ānis/ ⁊ genuit Chainaꝫ/ pꝰ cuiꝰ ortū vixit· lxxxv· ānis ⁊ genuit filios
⁊ filias/ ⁊ facti ſunt oēs dies eiꝰ xcv· ānis ⁊ mortuꝰ ē/ vixit chaiman
lxx· ānis/ ⁊ genuit Malael Et vixit chaimā poſtq̄ genuit Malael·
lxxxiiii· ānis/ ⁊ genuit filios et filias/ ⁊ ſic ꝺ oibꝫ alii a p̄mo vſqꝫ ad
finē incipiētibꝫ· Si v̄o aliq̄s incredulꝰ dubitaret quō fuerit illꝺ poſ=
ſibile vt vita illoꝝ ſic ꝓtraheret ī lōgū· Rñderi pōt ſcꝺꝫ nico· de ly=
ra· hoc fuiſſe plibꝫ ꝺ cauſis· p̄mo bōitatis ꝯdicōis vel ꝯplexionis p̄=
moꝝ parentū fuerīt eī a deo īmediate formati/ ⁊ ꝑ ꝯñs fuerīt optime
ꝯpoſicōis ⁊ ſic ad lōgiorē vitā diſpoſiti et illa bōitas ꝯplexionis ma
gis venit ad hōies ꝓpinquos illis tpibꝫ q̄ ad remotos tpis· Scꝺa rōe
mō viuēdi/ qꝛ ꝑ tpate viuebāt· Tercia rō bonitatis nutrimēti/ qꝛ ante
diluuiū naſcēcia terre erāt meliora poſtea qꝛ inūdacio diluuii fuit ꝑ
maiori pte ex aq̄s occeani· Aque aūt falſe īducūt ſterilitatē ⁊ reddūt
terre naſcēcia peiora/ ex q̄bꝫ abbreuiat̃ vita hōis· Quarta rō ē ex ſci
encia Ade qꝛ formatꝰ fuit ad ꝑfectōeꝫ ſciēcie/ ⁊ iō ꝯgnouit virtutes
herbaꝝ fructuū ⁊ lapidū q̄ faciunt ad ꝯſeruādaꝫ ſanitatē et vitā ꝓ=
lōgandā· Quinto rō ē ex diſpoſicione diuina hoc ordināte/ vt ꝑ lon
gū tp̄s cito mltiplicaret̃ hūanuꝫ genꝰ/ hoc nico· de lyra qm̄ igit̃ p̄mi
hoīes tādiu ſuꝑuixerīt ſciēcia p̄dicti fortitudine corꝑisbñ diſpoſiti non
potuerīt tñ mortis ferocitatē repellere· ꝯtriuit illos et omēs mortui
ſunt ꝙ vtiqꝫ nobis in exemplū eſſe poſſꝫ/ vt vite huiꝰ erūnaꝫ ꝯgno=
ſcamꝰ/ hoc ē qꝺ hiero· ad heliodoꝝ de vita nepociani ait· Debemus
⁊ nos animo p̄meditari qꝺ aliq̄n facturi ſumꝰ et qꝺ volumꝰ lōgius
abeſſe nō pōt/ Nā ſi noningētos excederemꝰ ānos/ velut āte diluuiū
viuebat genꝰ hūanū· Et Mathuſalē nobis donaret/ tñ nihil eſſꝫ p̄te
rita lōgitudo· q̄ eē ꝺſiſtet· vt emī int̃ illū q̄ vixit· x· ānis ⁊ illū q̄ vixit
mille· poſtq̄ iꝺ finis vite aduenerit ⁊ in recōſolabil' mortis neceſſitas
trāſactum eſſe tātunꝺ ē/ niſi ꝙ magis ſenex honuſtiꝰ peccator falſe

ꝓficiſcerit· Optima queqꝫ dies miſeris mortalibus eici· Prima fugit
ſubeūte morbo triſtiqꝫ ſenecti· Et labor ⁊ dixit rapit indemēcia mor
tis·hec ille·q̄ oīa ſic dicta intelligas vt ſicut longitudo vite om̄s illoſ
p̄mos viros nō excuſauerit morte ſic nec breuitas vite tue eciā dila=
tata ad mľtos annos qr morte morieris· ¶ Scd̄a ferocitas mortis eſt
ꝯtra peccatores·Nā ſepe numero ipſos inuadit ſubito·et in breui mo
tula abſorbit eos ⁊ lꝫ mľta accidēt ꝑ naturā q̄ labiis ē vt plimū hūa
ne vite ꝯtraria·ꝟmtn̄ mortalitates ⁊ peſtilēcie aduenīūt ſepe·⁊ ſepi
us iudicio dei in q̄bꝫ nō ſine grādi terrore oēs aſpiciūt mortis dn̄iuꝫ
⁊ ꝑtātē ⁊ ꝙ h̄ va ſint ꝓbat̄ ex teſtificacōe ſcripturaꝝ ⁊ p̄mo ſumi
pōt illd teſtimoniū Numeri·ii·vbi narrat ꝙ cū ppl'9·Iſrľ eſſꝫ in de=
ſerto nō ꝯtentus cibo celeſti ſcꝫ māna qd pluebat illis de9 de celo·de
ſiderās carnes ⁊ piſces cucumeres ⁊ paupes cepe ⁊ alea· dn̄s pluit
ꝯturnices in guſt9 eoꝝ ⁊ cū adhuc carnes eſſēt in ore ipoꝝ ⁊ ecce
furor dn̄i ꝯcitatus in ppl'm ꝑcuſſit eū plaga magna·Scd̄m teſtimo=
niū h̄r Numeri·xiiii·Nā cū ppl's ille murmuraſſꝫ ꝯtra dn̄m · dixit
dn̄s ad Moyſen·Vſqꝫ quo detrahat michi ppl's ille quouſqꝫ nō cre
dēt michi in omnibꝫ ſignis q̄ feci corā eis·Feriā ego peſtilēcia eoſ at
qꝫ ꝯſumā qd factū fuiſſꝫ niſi moyſes oraſſet ad dn̄ꝫ vt dimitteret eis
Terciū teſtimoniū fuit exodi·xii·vbi narrat ꝙ nocte media ꝑcuſſit
dn̄s Egyptū plaga magna·⁊ interfecit omnē p̄mogenitū in terra e=
gypti a p̄mogenitis Pharaonis q̄ ſedebat in ſolio vſqꝫ ad p̄mogeni=
tū captiue·q̄ erat in carcere·et omnē p̄mogenitū iumentoꝝ·ſurrexit
pharao in nocte ⁊ oēs ſerui ei9·oēſqꝫ Egypcii·ort9 ē clamor mag=
nuſqꝫ·neqꝫ em̄ erat dom9 in qua nō iaceret mortu9·Quartū teſtimo
niū ē in Leuitico·xvi·c·vbi dn̄s dicit·ſi nolueritis recipe diſciplinam
⁊ ābulaueritis ex aduerſo · Ego q̄ꝫ ꝯtra vos incedā ⁊ ꝑcuciam vos
ſepcies ꝓpter peccata vr̄a · inducāqꝫ ſup vos gladiū vlcionis federis
mei cūqꝫ fugeritis in vrbes immittā peſtilēciaꝫ ī medio vr̄i·Quintū
teſtimoniū·i·c·ſcd̄i li·Re·⁊ ſcd̄i palipo·vbi legit̄ ꝙ ꝑcuſſit dn̄s peſtilē
cia iſrahel·vbi a dauid vſqꝫ ad berſabe decēmillia viroꝝ mortui ſunt
Sextū teſtimoniū capit̄ ex cōminacōe quā fecit dn̄s ꝑ Eze·v·Ira nr̄a
inq̄t ſup vniuerſum ppl'm ei9·gladi9 foris peſtis ⁊ fames intrinſec9
q̄ in agro ē morte morietr̄·⁊ q̄ in ciuitate ſub peſtilencia ⁊ fame con
ſumabit̄·Septimū teſtimoniū capit̄ a iuſtiniano vt nō luxuri
entur ꝯtra naturā·vbi ait ꝓpter illa duo ſcꝫ ꝓpter blaſphemiam et
peccatū ꝯtra naturā fames peſtilencie ⁊ terremotuſ fiunt·Idē ſilr̄ in
glo·xxxii·q·i·c·Flagicia·Octauū teſtimoniū ē in hiſtoria eccleſiaſti=
ca·in q̄ narrat̄ ꝙ Maximian9 Imꝑator ductus dyabolico ſpū fecit
ꝯponere carmina blaſphemis plena ꝯtra ipm ihm xp̄m ⁊ ſanctos·ea
qꝫ ſcribi mādauit in tabulis·Iuſſitqꝫ ꝑ ſingľas vrbes ⁊ villas et a=
gros deferri·faciebatqꝫ ea cātare·Altiſſim9 aūt tm̄ ſcel9 inultū re=
manere noluit·ſꝫ tāto rigore in ppl'm blaſphemū peſtilēcia miſit vt
ꝯmedendo ⁊ bibendo morte morerent̄· Ipe autē maximian9 dolore

graui ꝑcuſſus ſpirituʒ exalauit· Nonuʒ teſtimoniuʒ ē in legenda ſā=
ctoꝝ ⁊ ī vita beati gre· ī tractatu ꝺ letaniis vbi refert ꝙ ꝓpť comeſ
ſaciones ⁊ luxurias romanoꝝ ꝯmotꝰ ē deꝰ ꝯtra eos / peſtilenciāqꝫ
magnā in illos miſit q̄ꝫ inguines eā vocāt· ſ· Laangonalio / ſeua em̄
fuit eo ꝙ hōies ī via in mēſa ī colloq̄o mouebanť ſubito· Itē cū ali
q̄s ſternutabat / exalabat ſpm̄ ⁊ cū aliq̄s aliq̄ꝫ ſternutātem audiebat /
ſtatī accurrēs dicebat deꝰ te adiuuet· Vñ vſqꝫ nunc ħ cōſuetudo ob
ſeruať· Rurſꝰ cū aliq̄s velle ſe oſcitare ſenciebat cōtinue ſignū cru=
cis ī os imp̄mere feſtinabat· Cūqꝫ g° ħ peſtis romā vaſtaret beatꝰ
Gre· ꝓceſſionē cū letaniis ꝑ ciuitatis circuitū quodā paſcali tp̄e fieri or
dinauit in q̄ imago beate v̄ginis / q̄ adhuc ē rome ī ſancta maria a=
raceli / q̄ꝫ beatꝰ Lucas pinxiſſe dr̄ / āte ꝓceſſionē portare fecit reueren
ter· ⁊ ecce tota aeris infectio imagini ſancte cedebat / ac ſi imaginē
ipāʒ fugerēt / ⁊ ipāʒ ferre nō poſſent ſicqꝫ pꝰ imaginē mira ſerenitas
⁊ aeris puritas remanebat· tūc in aere iuxta imaginem audite ſūt vo
ces āgeloꝝ cātanciuʒ ⁊ dicencium· Regina celi letare ⁊c̄· Statī beatꝰ
Gre· adiunxit· Ora ꝓ nobis deuʒ alleluia· Tunc beatꝰ Gre· vidit ſu=
pra caſtꝝ Vicencii āgeluʒ dñi q̄ gladiuʒ cruentatuʒ detergens in va
ginā ꝯuertebat· Ex quo itellexit ꝙ peſtis illa ceſſaret / ſic factuʒ eſt·
vñ caſtꝝ illꝺ vocatuʒ eſt pꝯea caſtꝝ ſācti āgeli· ex ħ igiť pʒ ꝙ ꝓpter
peccata hoīm deꝰ puniuit eos morte· Qꝺ vtiqꝫ factum cōſpicimus
tp̄ibʒ iſtis / ī quibʒ ad tātaʒ ꝺmenciā venerūt ꝓpli ꝙ credunt huiuſmōi
peſtilenciā veniſſe ꝓpť bona opa· O humana ꝺmencia / nunq̄d ſunt
falſa tot exempla ſcriptūꝝ vt velit deus oppugnare humanuʒ genꝰ
abſqꝫ culpa q̄ immo vt dixi ⁊ iteꝝ dicā· mors illa peſtilencialis eſt en
ſis diuine iuſticie quo trāſfodiunť viſcera iniquoꝝ / q̄ volunt aliq̄ñ
munduʒ ꝑire· De iuſtis autem et ſi ipi ꝑcuciāť nō obſtat qꝺ dicit pſal·
Precioſa in ꝯſpectu dñi / mors ſanctorum eius· ¶ Tercia ferocitas
mortis dr̄ ꝯtra totuʒ munduʒ· Nā ꝺ ipa ⁊ ꝺ eius potencia ſcripťe ml=
te loquūť· vñ ſcꝺo li· Re· xiiii· c· Omnes morimur / ⁊ q̄ſi aq̄ labimur
ſup̄ trā q̄ v̄ba notanť· xiii· q· c· ī ecclīſie· pſal· Quis eſt q̄ viuet et nō
videbit mortem· Eccle· v· Oia q̄ ꝺ t̄ra ſunt ī t̄raʒ reuertenť· Et Sene=
ca ad luciliuʒ· Eā ibis quo oīs eunt q̄d tibi noui eſt ad hāc legeʒ na
tus es ħ pr̄i meo accidit· ħ mr̄i hoc maioribʒ hoc oībʒ āte te hiero·
ad heliodoꝝ ſic ait· Serſes ille potentiſſimus q̄ ſubuertit mōtes pro
ſtrauit maria cuʒ ꝺ ſublimi loco infinitā hoīm mlťitudinem inumera
bilem vidiſſʒ exercituʒ fleuiſſe dr̄ eo ꝙ poſt centum ānos nullus eoꝝ
quos cernebat ſuperſtiturus eſſʒ· o ſi poſſemus in talem aſcendere ſpe
culā ꝺ q̄ vniuerſaʒ t̄rā ſub nr̄is pedibʒ cerneremus iā tibi oſtenderem
tocius m̄di ruinā gentes ī bello ruentes gentibʒ regna colliſa· alios
torq̄ri· alios necari· alios abſorbi a fluctibʒ· alios ad ſeruitutem trahi
hic nupcias· ħ plāctum illos naſci illos mori· Alios affluere diui=
ciis· alios mendicare· et nō ſolum Serſis exercitum ſed tocius m̄di
hoīes q̄ nunc viuunt in ſpacio breui tibi oſtenderem morituros·

Vincet̃ ſermo tali rex magnitudine ⁊ minꝰ eſt omne qđ dicit̃. Redea
mus ergo ad nos ⁊ q̃ſi e celo deſcendentes paulliſper nr̃a videamꝰ.
Sentis ne obſecro te q̃m infãs/q̃ndo puer/q̃m ſenex factꝰ ſis. cotidie
morimur cotidie ꝯmutamur/⁊ tñ eternos nos eſſe credimꝰ. hec ille
Quid igit̃ ẽ hoĩm vita niſi quidã curſus ad mortẽ. O hũana miſeria
q̃d feriꝰ vnicuiq3 dici põt q̃ morte morieris. hic io. xiiii. c. l3 hõ natꝰ
de muliere breui. v. tpe reple. mltis miſeriis. de hoc Sene. ad lucillu3
Cotidie morimur cotidie diminuit̃ aliqua ps vite ⁊ tunc q̃3 dũ cre-
ſcimꝰ vita decreſcit/infanciã amiſimꝰ/demũ puericiã demũ adoleſcẽ-
ciam vſq3 ad extremũ q̃cq̃d trãſit tpis perit. ⁊ itez ad eund̃ dicit.
Corpa noſtra rapiunt̃ fluminũ more quicq̃d vides cũ tpe currit/nich
il ex his que videmꝰ manet. h̃ ille. Et ouidiꝰ ait. Tpa labunt̃ taci-
tiſq3 ſeneſcimꝰ ãnis. Et aug. xiii. de ci. dei. Ex quo eñi in illo corpore
morituro eſſe cepit nunq̃ eo nõ agit̃ vt mors ñ veniat h̃ ei agit eiꝰ
mutabilitas toto tpe vite huiꝰ. ſi tñ vita dicẽda eſt/vt veniat̃ in mor
tem. Nemo q̃ppe eſt q̃ nõ ei pꝰ ãnũ ſit q̃ ante annũ fuit/⁊ cras q̃
hodie ⁊ hodie q̃ heri/⁊ paulo pꝰ q̃ nunc. ⁊ nũc q̃ paulo ante pro-
pinquior q̃m quicq̃d tpis viuet̃ de ſpacio viuendi dimittit̃. ⁊ cotidie
ſit minꝰ. minuſq3 p̃ſtat. vt oĩo nihil ſit aliquid tpis vite huiꝰ q̃ cur
ſus ad mortem. ⁊ in fine huius. Qui vſq3 ad morte3 pducioꝛa ſpacia
temporis agit nõ lentius pgit/ſ3 plus itineris ꝯficit. hec ille. omnib3
ergo breuis ẽ vita. mors aũt vicina. Vñ ſapi. i eccle. xiiii. c. Memor
eſto q̃m mors nõ tardat. v̄ba illa mltũ põderanda ſunt. ſ. mors non
tardat: ergo eſt in ianis. mors nõ tardat ergo timeamꝰ. mors non
tardat ergo bñfaciamꝰ. O delectores mũdi. o terrenoꝝ amatores.
mors nõ tardat. O peccatores. mors non tardat. Agite pñia3 vt vos
nõ inueniat dormiẽtes. o duꝝ verbũ. o v̄iliſſimũ v̄bũ. mors nõ tardat.
hoc vtiq3 oẽs deſiderare deberẽt. q2 vtilis ẽ ꝯtra timorẽ ſupbie. et e-
ciã patere põt exẽplo valde notãdo. Nã legit̃ in legẽda ſanctoꝝ in
vita Barlaã q̃ ſcripſit iohẽs dama. q̃ rex quidã fuit in india xp̃ia-
noꝝ valde pſecutoꝛ. q̃ filiũ ſuũ nomĩe Joſaphat in palacio quodam
includi ⁊ educari fecit. Timẽs ne xp̃ianus efficeret̃/qui ad etatem
adultã perueniens admirãs cur pr̃ eũ ſic incluſiſſet vni ex ſeruis ſuis
dixit ſe pṕter hoc in magna eſſe meſticia. qđ pr̃ audiens et dolens
equos idoneos ſibi pari fecit choros plaudẽtes ante eũ mittẽs ne ali-
qđ fedũ ſibi occurreret phibuit. p̃dicto igitur iuuem taliter procedẽ-
te quadã vice vnus leproſus ⁊ vnus cecus ſibi obuiauert̃. quos ille
videns ⁊ ſtupẽs q̃d ſint ⁊ quõ ſic eſſent inquiſiuit. Tũc miniſtri ei
am dixerũt paſſiones ille ſunt q̃ hoĩb3 accidũt. Ille autem dixit om-
nibus hoĩb3. Hec ne ꝯtingere ſolet. Negãtib3 aũt illis R̃ñdit. non
ſunt igit̃ q̃ h̃ pati debeant. niſi indifferenter veniat ⁊ ſubdit. Quis
hoĩm futura ſcire põt. valde ergo anxius eſſe cepit p inconſuetudine
rei. Alia aũt vice quendã ſenem valde rugatã habentẽ faciem/⁊ dor
ſum incuruatum/⁊ cadentib3 dentibus balbucientẽ loquẽdo inuenit

ſtupefactus autem cepit valde dicere viſionis miraculum. Et cum
dixiſſet ſeneſcere/ ⁊ mori in mlta deſolacione poſit9 nō āplius pote-
rat ↄſolari/ nec mirꝝ ē. qr nihil morte horribili9 eſſe pōt. Jpa em̄ q̄
tantos viros ſuſcepit d' mundo/ nulla potencia ſibi reſiſtere potuit/
nec pōt nec poterit/ nec dignitas/ nec magnificēcia/ nec facundia. O
mors deuoratrix omniū q̄d dicā. Audite obſecro O infelices mortales
nā ſi ipſa viderit aliquē cū mlta familia ac comitiua magna/ nunq̄d
fugiet ab eo/ mie oēs ad mortem tendim9. oēs morimur/ oēs ad mor-
tem currim9. oībȝ mors eſt vicina. Nō ꝑcit pulchris/ nō potentibȝ nō
ſciētibȝ. O inſipiētes peccatores reſpicite vbi ſunt millia milliū qui
fuerūt ī m̄do om̄s ſūtmortui Adā pr̄ noſtri generis hūai mortu9 ē
Eua vxor eius mortua eſt. Gigātes qui fuerūt tr̄e. Hoc. illi viri fa-
moſi ⁊ aīoſi. qui edificauerūt turrim Babilonis vbi ſunt. oēs mortui
ſunt Bellus filius. Mēbiloth rex babilonie/ quē q̄dē Saturnū eſſe
exiſtimāt qui intrauit Aſiā/ poſtea in ea mortuus eſt. Frater eius mi-
nor qui regnauit p9 eum ⁊ aſiā totam obtinuit ac babiloniā rebellā
cepit cū de turri babel. i. babilonie fuiſſet ꝑcuſſus mortu9 eſt. Reges
egypti ſcȝ ſextis. ſol blaſinas amenophis/ oēs mortui ſunt. Reges per
ſarꝝ. Reges athenienſiū. Reges tortoſeos cramas āphitcon ethiom9
theſeas meneſtrus demaphon om̄s mortui ſunt Alexander magnus
omneſqȝ eius barones oēs mortui ſunt reges iuda ioſaphat iotam o
ſiā Joathā Johas zacharias achā manaſſes omnes mortui ſunt re-
ges trope rex priamus troylus Helenus paris phebus hector illi
viri potentes qui fueruut in obſidionem trope agamenon menelaus
achilles vlixes ⁊ reliqui omnes mortui ſunt. Jlla ſtrenuiſſima domīa
phantaſilea regia amazonium puellarꝫqȝ venit in adiutorium trope
cum ſuis puelis reges latinorꝝ ſaturnus qui venit in italia/ vbi nunc
roma eſt in ſiluis inueniēs hoīes ſicut beſtie viuētes mādu cātes glā
des ⁊ habitantes in criptis et caſſellis ⁊ frōdibus cooptis docuitqȝ e
os terreas domos edificare laborare terras fineas plantare ſicut ho
mines viuere ex hiis ſimilibus debent ⁊ pro his omnibus princeps e
orum denominatis. oſter qui timens filium ſuum ↄſtruxit ciuitatē
ſaturninam d' em̄ B ſalem ede multis hominibus ꝑhis romanorum
quos omnes mors ferociſſima ꝑſtrauit heu miſera hūana vita mors
em̄ deuorauit omnes hos. Quid de romulo ⁊ remulo qui fuerūt fra
tres gemelli qui a lupa nutriti ſunt qui eciam romam ↄſtruxerunt
Theodoſius impator optimus chriſtianorum de quo ambroſius fe-
cit mirabiles laudes qui expulit arianus archadius honocius Karo
lus magnus qui totam terram ſanctam occupatam a ſarracenis recu
perauit orientis ⁊ occidentis federicus primus qui multa euertit et
multa alia fecit tn̄ eundo in ſubſidium terre ſancte in quodam flu-
mine ſuffocatus eſt federicus ſecundus armorꝝ ſtrenuus linguarūȝ
peritus luxurioſus cum multis pontificibus habuit bellum precipue
cum gregorio mortuus eſt veneno Rodulfus Albertus dux auſtrie

Henricus ſextus per florentinos venatus ⁊ alii imperatores romani
cum nobilibus et imperatoribus ⁊ ⁊ populo muto mor-
tui ſunt· Non potuerūt romani nec eoꝝ reges aliqua via mūdi mor
tem euadere· Vbi primus impator Julius ceſar· Octauianus· Tibe-
rius Gaius Nero· Claudius· Veſpaſianus Titus· Domicianus · A
drianus· Theodoſius· Cirillus magnus/omnes mortui ſunt · Vbi
ſunt illi viri doctiſſimi atqꝫ philoſophi· Vbi eſt plato· vbi Ariſtote-
les· vbi Socrates· vbi pictagoras· vbi demoſtenes· Vbi ſeneca · vbi
tot poete vbi Homerus· vbi Menander· Vbi virgilius· vbi Terenci-
us· vbi Lucanus· vbi ouidi9· Vbi ſunt oratores· et rectores· vbi Ti-
tuſliuius· vbi Tullius· vbi doctores Medicine· Galienus Jpocras ·
vbi Auicenna/aut alii nunquid medicina ſanauit eos /aut eos libe-
rauit a morte· vbi imperatores· Vbi reges· vbi principes· vbi duces
comites/barones/marchiones/regine Principiſſe et multe alie domi
ne nobiles vbi tot iuuenes ⁊ iuuencule· vbi tot qui in hoc mundo
floruerunt· O vita miſera· O vita caduca· O vita labilis· O vita falla
trix· O vita vmbratica· omnes mortui ſunt/⁊ recluſi ſunt in monu-
mentis ⁊ corrupti· hinc eſt bernardus in libro meditacionum ¶ Dic
michi vbi ſunt amatores mundi/qui quando pauca tempora nobiſcū
fuerunt vel manſerunt /ex his niſi cineres ⁊ vermes · attende dilige-
ter quid ſunt quid fuerunt homines ſicut tu comederunt ⁊ biberunt
riſerunt duxerunt in bonis dies ſuos in puncto autem ad inferna de
ſcenderunt· Hic caro eorum vermibus illic autem anime eorum ig-
nibus deputantur donec rurſus in felici collegio colligati ſempiter-
nis inuoluantur ignibus· qui ſocii fuerunt in viciis erunt et in pe-
nis· Vna enim pena implicat quos vnus amor in crimine ligat·

¶ Quid profuit illis inanis gloria breuis leticia· mundi potencia car-
nis voluptas falſe diuicie· magna familia· vbi riſus vbi iocus· vbi ſa
lus· vbi iactancia· vbi arrogancia· vbi tanta leticia/quanta triſticia ·
poſt tantam voluptatem tanta grauis miſeria · De illa exultacione
eeciderunt in magnam ruinam in magna tormenta· Quod illis acci-
dit tibi qꝫ accidere poteſt quia homo es· humus de humo · limus de
limo· De terra es ⁊ de terra eris et in terram reuerteris · Quando
veniet dies vltima que ſubito veniet et forſitan hodie erit hec ille·
Colligimus ergo extra dictis vnumquemqꝫ mortem expectare debe
re nec confidendum eſt in huius vite breuitate qui ſe nobis aliquan
do prebet cecam ⁊ non videntem · Deinde iaculo ſuo nos ferociter
vulnerat· Vnde quidam Aſculanus poeta vulgaris dicit·

¶ Opme ſperanza delcore inimica· Che fare el tempo cum le tue vedu-
te· Perche te monſtri coſi dolce amica hec ille · ¶ O imperatores
qui eſtis in hoc mundo· O reges· O principes· O tyranni· O duces ·
O barones· O marchiones · o iuuenes· o ſenes · o diuites· o pauperes·
o ſani · o infirmi· o vos dico vobis · quia moriemini benefacite quia
hinc ad paucos annos eciam vos ſtabitis in ſepulchro et non poteri

us reſiſtere furori potentiſſime mortis ꝛ hic eſt finis pr[illegible]me partis.

Secundum miſterium contemplandum eſt de mortis dubietate.
Timendum eſt vnicuiqꝫ eo ꝙ mors certiſſima ſit omnibus vniuer-
ſa tamen multa ſunt de ea dubia / que ſunt valde periculoſa / de qui
bus tria poſſent notari.

Primum eſt circa tempus.
Secundum circa locum.
Tercium circa modum.

Primum eſt circa tempus / quia nullus eſt qui ſciat / quando ſit
moriturus. Ignorant hoc vtiqꝫ ſenes pueri infantes iuuenes adole-
ſcentes nec reperitur aliquis qui poſſit dicere quando moriatur. Nec
in hoc confidere ꝙ quouſqꝫ ad tale tempus morietur. ex his inquid
ſapien. Eccle. ii. c. Neſcit homo finem ſuum ſed ſicut capiuntur piſ-
ces hamo / ꝛ aues comprehenduntur laqueo ſic capientur iniqui tpe
malo. hic intelligitur tempus malum pro iniquis / dum dicitur tempuſ
mortis / in quo artantur vie impiorum / qui equidem cum ſibi longaꝫ
vitam / quam volunt firmiter conſiderare / ꝛ ponderare promittunt &
capiuntur. Quanti enim laborauerunt pro mundo ſperantes ibi reci-
pere fructum laborum ſuorum ꝛ perierunt ante tempus quod ſibi p
miſerant. Quis poteſt numerum numerare. non eſenacheris / ꝛ ſui
preualuere et obtinere. Iheruſalem crediderunt / ꝛ de exercitu eorum
clxxxiiii. millia in vna nocte ab angelo ſunt interrempti. iiii. Re. xix.
c. Et ſic cum illud ſperaſſent fuerunt decepti. Quid de aliis dicam. Re
fert Aug. in li. de ci. dei. c. xxii. Qd cum rex Radulphuus Gottorum
rex / cum maxima comitiua iam in vrbe vicina conſtitutis. Romanis
ceruicibus innuerunt. vna die tanta celeritate victus eſt vt nec vno q̄
dem Romanorum non dicam exterrito / ſed vulnerato multo amplius
ꝙ̄ centum millia eius exercitus proſtrauerunt. atqꝫ ipſe mox captꝰ
et pena debita vocatus in bello inquies fuit hic ſtrages ſubſecuta /
ſed non ſic de aliis qui mortis pericula fugiunt. audias obſecro / quia
mors vbiqꝫ pugnat / non ſolum in bello / ſed in domo / in menſa in le
cto / ꝛ vbicumqꝫ locorum. propterea Seneca ad lucillum. d. Omnis dies
ꝛ omnis hora quando non ſumus ꝛ aliquo argumento detenti admo
net fragilitatis oblitos / cum eterna meditantes reſpicere cogat ad
mortem quid ſibi illud principium redit. Querens ſeue contra. Cor-
nelium equidem romanum ſplendidiſſimum et offenſum noueras ex
tenui principio ſeipſo promouerat ꝛ illi decliuis erat decurſus ad cer
ta. Facilius enim decreſcit dignitas ꝙ̄ incipit pecunia ꝙ̄ circa paup-
tatem plurimum amorem habet dum ex illa erectat habet reſcencio
diuiciis ad quas ille due res ducerent efficaciſſimeqꝫ reſpondi cauſa
cuſtodiendi quorum altera locupletem facere potuiſſet hic homo ſū-
me fragilitatis non minus quam corporis diligens cum tamen ex cō
ſu etudine manere vidiſſe deum per totum diem amitto grauiter af-
fecto ꝛ ſine ſpe iacenti vſqꝫ ad in noctem aſcendiſſet cum hilaris ce-

naſſet grauí valitudínis precipitis arepti anguſtia vir compreſſis ar
tat fancibus ſpiritū traxit in lucem ·hec ille · Temporibus autem
iſtis multa iuuenum turba mortua eſt exp eſte que valde italiam no
ſtram occupauit precipue ín ciuitate ferrarieñſi ín milleſimo·cccclxiiii·
mortui ſunt ín quatuor menſibus nouem millia hominum ⁊ adeo ꝙ
ciuitas vacua erat·quia vt ait Aſcholanus Ogni creato ſe cõrrum=
pe ín tempo paſſano li acti humani come fumi Chi ne va tardo ⁊·
Chi ne va per tempo et ideo clamo vigilate vigilate quia neſcitis di
em neq3 horam mortis·O mortales fatui ⁊ ínſenſati ín quo confidi
tis·O iuuenes ſtulti vigilate quia ſpes ſepiſſime vallitur vnde tul=
lius ín libro de ſenectute ait fruſtra ſperat adoleſcens ſe diu victu=
rum quid ſtulcius ꝙ íncertis pro certis habere quoniam eciam illa e
tas multo plures caſus quam ſenectus habet facilius enim adoleſcē
tis ín morbos íncidunt grauius egrotant triſtius curantur·hec ille ⁊
ſeneca iuuenes mortem habent a tergo ſenes autem ante·O quot ſũt
o quot ſunt qui multa diſponunt in tribus vel ín quatuor annis ſe
facturus qui ante annum moriuntur · Quod edificant domos et ín
eis non habitant quod plantant víneas ⁊ vinum nõ bibent quod lu=
crantur pecunias ⁊ alii expendunt illas quod cogitant facere magna
et ín breui finem reddituri coram ergo deum cum dolore maximo re
preſentabuntur o ín felix humana condicio omnibus dicendum eſt vi
gilate quia neſcitis diem neq3 horam mortis·Secundũ dubium mor=
tis eſt circa locum·Neſcit eciam miſer homo ín quo loco mors ſit eũ
leſura vidimus namq3 viros varie mortuos magnum ínter angu=
ſtias mortis reputare ſolacium/cum quis ín domo parentum vel do
meſticorum ín lectulo recumbans nature debitum ſoluit/ ſed homo
nullus hoc firmiter ⁊ certum tenere poteſt/et huius rei · Vidimus
tam lucida exempla ⁊ experimenta vt non niſi flendo putare valea=
mus hũanam vitam/alios vidimus ſuſpenſos ín patibulo·alios com
buſtos et confixos palo alios ſubmerſos ín aqua alios morte ſubita
nea exterminatos·alios truncatis capitibus vitam finire·Alios ín va=
riis caſibus et in viis/vt ita dicam extremam clauſiſſe horam/et om
nes tales fruſtratim ſunt a voto ſuo quibus aliud ꝙ ſperabant eue=
nit·Quid ergo aliud faciemus niſi timere exemplo aliorum · Vnde
quidam aiebat·Felix quem faciunt aliena pericula cautum· Fac eciaȝ
tu illud·ꝙ Sene·ad Lucillũ ſcribit · Incertum eſt quo loco mors te
expectet tu itaq3 eam ín omni loco ſpectabis· Et idem ad eundem ·
Erras ſi ín nauigacione tantum exiſtimas ꝙ ín omni loco eque te=
nue interuallum eſt·Non vbiq3 mors ſe prope oſtendit ·vbiq3 tamē
prope eſt·hec ille· Et tñ locus neſcitur ille dubius ergo locus mor=
tis eſt omnibus hominibus mundi ¶ Tercium dubium eſt de mo=
do mortis quia nullus ſcit quo modo bene vel male·
Et ſic nichil eſt neceſſarium·Vnicumq3 quam bene mori·

Vt autem quis moriatur bene neceſſe eſt vt bene viuat · q̃
uix de mille millibus male viuentibus mille · Vn⁹ bñ moriť · Sic etiã
de bñ viuentibꝫ mille millibus vix male moritur vn⁹ q̃ Aug⁹ ·
Impoſſibile eſt male viuere ⁊ bene mori / et econuerſo · In agone q̃p=
pe hoc timere deberent illi quibus vita eſt lubrica et diſſoluta talibꝫ
namqꝫ in extremo ꝯſtitutis · cũ horroribus ac timore et tremore acce
dunt · Dic exemplum de illo domino qui tres amicos habebat / de q̃
bus duos dilexit · Tercium vero nunq̃ dilexit cum autem a principe
eſſet vocatus / ille timens ne aliquid mali vellet ſibi inferri · iuit ad a=
micos / ⁊ dixit p̃mo amico · amice dominus miſit pro me / vt ſtatim
vadam ad eum / rogo te vt venias mecum / quia ſecurior ero · Ille
autem nolo quia nõ poſſum ſufficit ꝙ dum mecum feciſti fui amic⁹
tuus ⁊ tibi ſeruiui / nunc aũt vadas nolo venire · Secundus autem q̃
primum diligebat · Et hic vadit ad eum / amice dic vt ſupra in primo
ille vero reſpondit / ego nolo venire ad eum · tamen ego veniam vſqꝫ
ad ianuam · et ibi te dimittam · Tercium vero minime dilexerat / tam̃
iuit ad eum / ⁊ dixit · amice ego nunq̃ te dilexi / tamen rogo ꝙ digne=
ris mecum venire apud principem quia miſit pro me Ille vero re=
ſpondit doleo ꝙ non me plus dilexeris / et pl̃is precii feceris / tamen
vadas quocumqꝫ volueris ego ſequar te · Nota ꝙ primus amicus
ſunt diuicie quas preposuit parentibus ⁊ amicis · Secundus amicus
eſt vxor quam minus dilexit · illa vero reſpondit · Ego vſqꝫ ad ſepul
chrum te ſociabo Tercius amicus ſunt v̾tutes quas nunq̃ apud ſe
hũitnec dilexit tm̃ illas paucas quas dilexerit ipſũ ſequẽtur / amplia
mõ tuo · Ideo hic innocentis · ꝯſiderans et videns condicionem huma
nam labilem · d · Valete inquit amici mei / ⁊ pro me orate · iter enim
extraneum pergo / quo nunq̃ ambulaui ad regionem longinquam /
quam nunq̃ vidi et ad ſeculum alterum animarum · Vnde nullus
reuerſus eſt ad manſiones metuendas / vbi nullus mihi compacietur
⁊ ad iudicium terribile vbi neſcio quid michi contingat · ecce quero
adiutorium / ⁊ non eſt qui me eripiat / quero qui me in eas ſociet ⁊ nl'
lus mihi compaciatur · De his em̃ tribꝫ loquiť Bernardus dicens ·
Certus o hõ quia morieris / ſed omnino incertus / vbi quõ ⁊ qñ · Vbi
ſcꝫ an ibi an alibi in terra vel in mari quomodo an in ſtatu peniten=
cie an in ſtatu culpe / morte ſubitanea vel naturali ſeu violenta · quã
do ſcꝫ in hyeme vel in eſtate · in iuuentute / vel in ſenectute / hodie vel
cras · O q̃ dura erit memoria pacionũ malaꝝ · O peccatores exce=
cati · O iniqui et ſcelerati · Audiatis quid dicit ille doctor vulgaris
Petracha · Paſſono voſtri triumphi ⁊ voſtre pompe · Paſſonoli ſta=
ti paſſono ſignorie · Ognicoſa mortale templo interrumpe · Hec ille
Seruemus ergo regulam Pauli ad Galth · vi · c · Dũ tempus habe⁹
operemur bonum · Veniet namqꝫ nox ſcilicet mors / quando nemo
poterit nec bene nec male operari ·

Terciũ ꝯtemplandũ eſt de mortis crudelitate · Expoliat em̃ mors

crudeliter mundi amatores/et ducet ipos ad infernum tribus bonis
Primum bonum eſt gloria huius mundi ſiue pompa eius· ¶ Scdm
bonum eſt reꝝ tpaliū abundancia· ¶ Terciū bonū eſt corpis volup
tas ¶ Primū ergo bonū quo mors ſpoliat amatores mundi/eſt mun
dana gloria vel pompa/in quibus multi ponunt ſpem ſuam cū in ex=
trema neceſſitate/vel in extrema hora laborant iſti tales pcipere poſ
ſunt ꝙ verū ſit illud Jſaie·xl·c·Omnis caro fenū / et oīs gloria eius
quaſi flos agri ⁊ ſiccatū eſt fenum/⁊ cecidit flos·Et iacobus·i·c·Ex=
ortus eſt ſol cum ardore/et arefecit fenū/⁊ cecidit flos eius /⁊ decor
vultus eius deperiit·Quid enim portāt de gloria ſua principes et ba=
rones·⁊ alii hmōi pncipat9hn̄tes·Quid de honore quē eis hoīes i
ferebant · Quid de comitiua baronum·quid de timore quē eis ſerui
⁊ ſubditi habuerūt·Omnia dereliquerunt ⁊ in morte derelinquūt id
circo legit̄ de alexandro magno ꝙ cū mortuus eſſet venerunt·vii·phi
loſophi ad palacium eius ⁊ vn9 illoꝝ dixit·O alexander heri dn̄aba
ris toti mundo ⁊ hodie mors tibi dn̄atur · Scds dixit· O alexander
heri nō ſufficiebat tibi totus mundus hodie ſufficiunt tibi due vlne
terre·Tercius dixit·O alexander heri habebas ꝯmitiuā dn̄oꝝ regū
principum ⁊ ducum et famuloꝝ et hodie ſolus iacis in ſepulchro·
Quart9 dixitO alexander heri vocē tuā omnes timebāt·hodie te nul
lus mortuū timet·Quint9 dixit·O alexander heri vocē tuam omneſ
audiebāt/hodie morte deuict9 iaces in ſepulchro et nō vales loqui·
Sextus dixit·O alexander heri tot regna habebas in tua poteſtate /
hodie te tenet mors in ſua poteſtate·Septim9 dixit o alexander/heri
comedebas tot cibaria delicata/hodie factus es eſca v̄miium et cibus
Ecce ergo ꝙ crudelis ē mors/ꝙ dira oēs dn̄os qui fuerunt expolia=
uit/et oēs qui ſunt/et qui erunt ſpoliabunt̄ vana glia·Vn̄ ꝯſiderans
hoc auguſtinus dicit·O vita fallax et vmbratica plena laqueis mul=
tis·Nūc gaudio ſepe triſtor·nunc vigeo ſepe infirmo·nunc viuo ſta
tim morior·nunc felix appareo/ſtatim miſer videor nunc rideo ſtatiꝫ
fleo/ſicqꝫ omnia mutabilitati ſubiacent·vt nihil vna hora vno ſtatu
permaneat·hinc timor hinc tremor·hinc fames·hinc ſitis·hinc calor
hinc frigus·hinc labor·hinc dolor exuperat·Jmportuna inquit mors
mille modis homines cotidie rapit·Hunc nāqꝫ febrius illum oppri=
mit dolore·hunc conſumptus fames et ſitis illum extinguit· hunc
mors ſuffocat aquis·illum perimit flammis·hunc interemit laqueo
iſtum dentibus beſtiaꝝ·hunc trucidat ferro illum veneno corrumpit
Et ſic mors miſera tot modis vitam finire compellit · et nunc ſuper
hec omnia magna eſt miſeria eius·cum nihil ſit morte cercius· et ni
hil hora mortis incercius ignoratqꝫ homo finem ſuum cum ſtare ſe
putat perit ſpes eius·et neſcit vbi quomodo et quando et tamen cer=
t9 ē ꝙ eū mori oportet·Secundū bonū quo mors dira priuat amato
res m̄di·ē reꝝ tēporaliū abundācia·nihil eī de ſuis diuiciis reportāt
diuites ſꝫ oīa remanēt dom9·ſ·poſſeſſiones denarii aurum argentum

indumenta varia ⁊ omnes theſauri· Juxta illud iob·xxv·diues cū dormierit nihil ſecū affert/apiet oculos ſuos ⁊ nihil inueniet ⁊ iterū pſal·ait·Dormierūt ſomnū ſuū/⁊ nichil inuenerūt oēs viri diuiciarū in manibꝫ ſuis·hoc intelligēs ſalādinꝰ magnus inter ſarracenos Rex mltoꝝ regnoꝝ appropinqns morti ſudariū quo pꝰ mortē induendꝰ erat ſibi portari fecit demū ꝑ ciuitatē ipāꝫ oſtēdendo oībꝫ clamari fecit·Tm̄ portat de rebꝫ ſuis rex ſalādinꝰ potētiſſimꝰ ⁊ magnus·Terciū bonū quo mors ꝓuat amatores mūdi ē corpis voluptas Jn morte nāqꝫ deficiūt delectoſe veſtes inſtrumētoꝝ melodie picture in pānis ⁊ in cameris cibaria delicata ancipitres canes ⁊ alia huiuſmodi q̄ faciūt corpis delectacionē imo exaīe ipꝫ corpꝰ cadauer faciūt eiꝰ oculi nō videbūt lumē facies efficiet pallida manꝰ nihil ampliꝰ poterūt tāgere pedes nō poterūt āmbulare lingua nō poterit loqui labia nō poterūt moueri aures nihil audiēt·O mors crudel/O mors dira o mors amara q̄ꝫ amarꝫ ē iudiciū tuū ſꝫ alii q̄ nimis tenuerunt corpꝰ delicate q̄d nā faciēt ꝯtra mortē heu mors miſera q̄ꝫ miſeros facis mūdanos ⁊ terrenos·q̄ꝫ h̄ ſit v̄m pꝫ ex dicto diogenis q̄ d̄ ceſare ait· Jntuitꝰ ſum vt viderē cadauer ceſaris/⁊ vidi eū liuido colore coloratū/putredine circūdatū aluū eiꝰ diruptū ⁊ v̄miū cateruas per illd̄ diſcurrētes·duo famelici paſcebant in foueis oculoꝝ crines non adherebāt capiti dētes patebāt labiis ꝯſūptis ⁊ dixi·Vbi ē ceſar eorū corus puellaꝝ magnitudo diuiciaꝝ/caterua baronū acies militū vbi ſunt canes venātes·equi veloces·aues rapaces thalamꝰ depictꝰ lectus eburneꝰ/argentū aurꝫ Vbi ſunt veſtimēta mutatoria/cibaria diuerſa/canticū lyre organoꝝ ſonitꝰ odor aromaticus te verebantur hoīes ꝑncipes timebāt colebāt vrbes·Vbi ē tāta potencia tātaqꝫ preclara facta ⁊ magnifica·Et rūt mihi/Hec oīa defecerūt in me/qū defecit ſpiritꝰ meus ⁊ reliquerunt me in hoc miſero ſepulchro circumdato putredine carnis mee·Audiāt ergo vniuerſi mortales / qꝛ in hoc mundo nichil eſt bonuꝫ/niſi deum timere/⁊ in eo totā ſpem ſuā ponere in quo ſunt theſauri abſcōditi·Quid inq̄t ꝓſunt o frater diuicie/quid vana glīa/q̄d leticia mundi cum nō liberent nec defendere poſſint a morte/nec ex eius furore·ecce eni q̄ ſedebat heri glorioſus/mō ꝯſumit vermibꝫ in ſepulchro ·Cur ergo ſupbis vermis ⁊ cinis / qꝛ puluis es ⁊ in puluerem reuerteris·ergo anima reuerte ad dn̄m deum tuum ⁊ ꝯſidera qꝛ in hoc mundo miſero nulla eſt vera ſalus nulla requies·nulla ſpes· Jn ipſo ergo deo omneꝫ felicitatem tuam pone ⁊ ei mundo puro corde ac corpe ſeruire ſtude vt euadere poſſis mortem ſempiternā/ac acquirere glīaꝫ eternam ad quā ihesus xp̄us nos eternaliter perducat·qui eſt bn̄dictus in ſecula ſeculoꝝ·Amen·

Finis·

UNIVERSIDAD Y PROVA. BIBLIOTECA. DE ZARAGOZA.

tiene el libro fol. 413